DIOECESIS MOGUNTINA IN ARCHIDIACONATUS DISTINCTA ET COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS...

Stephan Alexander Würdtwein

Digitized by Google

H. Eccl.
843 in 4º
(Vol. VI.)

Würdtwein



H. G. Goltermann.

Ex bibliotheca
Steph. Quatremeri.

E

Digitized by Google

<36625293460016

<36625293460016

Bayer. Staatsbibliothek



Digitized by Google

JOANNIS WOLF

NORTENAE AD S. PETRUM CANONICI

COMMENTATIO

DE

ARCHIDIACONATU HEILIGENSTADIENSI,

QUA CONTINUATUR

DIOECESIS MOGUNTINA IN ARCHIDIACONATUS DISTINCTA ETC.

XI. COMMENTATIONIBUS ILLUSTRATA

A

STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN ETC.

GOTTINGAE
TYPIS JOANNIS FRIDERICI RÖWERI.
MDCCCIX.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

ADALBERTO,

EPISCOPO ET ABBATI FULDENSI,

DIVAE AUGUSTAE CANCELLARIO

ET PRIMATI PER GERMANIAM ET GALLIAM ETC.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

Digitized by Google

Reverendiſſime ac celſiſſime

Princeps et Epiſcope,

Domine Domine clementiſſime,

Dignare Reverendiſſime hanc mihi gratiam impertiri, ut praeſentem Commentationem de Archidiaconatu Heiligenſtadienſi, celſiſſimo nomini tuo conſecrare mihi liceat. Continuat ea opus in tota germania notiſſimum: dioeceſin Moguntinam in Archidiaconatus diſtinctam a STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN Epiſcopo Heliopolenſi edi caeptam, et complectitur res mere eccleſiaſticas, cuilibet Epiſcopo germaniae lectu dignas. Ad haec Archidiaconatus Heiligenſtadienſis finitimus eſt dorlenſi, in quo primam lucem aſpexiſti et tenerioris vitae annos transegiſti; in utroque autem perilluſtris gens tua Harſtallia partem bonorum ſuorum equeſtrium poſſidet. Unde mihi perſuaſum habeo, ſcriptum meum, utpote cum rebus patriae

Digitized by Google

maxime conjunctum Tibi celsissime Princeps non ingratum fore. Quod cum in signum singularis meae in Te observantiae demisissime offero, deum enixe precor, ut Fuldensi Ecclesiae a S. Bonifacio, magno germaniae Apostolo Saeculo VIII. formatae, cui ultra annos viginti Pastor vigilantissimus praefuisti, Te in ultimam usque senectutem clementissime conservet

Reverendissimae celsitudinis Tuae

Nörtenae
die 22. Febr. 1809.

servus infimus
JOANNES WOLF.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Inter multa et varia scripta, quibus Stephanus Alexander Würdtwein, *Episcopus Heliopolensis et Suffraganeus Wormatiensis p. m. Historiam ecclesiasticam germaniae cum universim, tum Ecclesiae Moguntinae speciatim illustravit, illud facile principem locum tenet, quod ab anno* 1768 — 1790. *XI. elucubrationibus edidit ac inscripsit: Dioecesis Moguntina in Archidiaconatus distincta, commentationibus diplomaticis illustrata &c. Eo magis dolendum erat, virum de republica literaria tam praeclare meritum, die* 11. *April. an.* 1796 *fatis ante occubuisse, quam totum opus absolveret. Ego prae caeteris graviter ferebam, Archidiaconatum Heiligenstadiensem, in quo natus sum, et Nörtensem, in quo in annum vigesimum quintum vivo, quos illustrari maxime cupiebam, cum tribus conterminis Einbeccensi, Jechburgensi et Dorlensi in obscuro manere; praesertim cum a morte celeberrimi Auctoris ad hunc usque diem prodiret nemo, qui continuationem operis e relicta supellectili literaria defuncti nuntiaret.*

Tandem victus amore patriae et desiderio incensus, Archidiaconatibus omissis aliquam lucem afferendi, ipse cogitationes suscepi de commentationibus Würdtweinianis *absolvendis, ad quem labo-*

Digitized by Google

laborem non imparatus accedere mihi videor. Nam mihi patriam aliquoties obeunti et materiam, historiae ecclesiasticae scribendae colligenti, Ecclesiae collegiatae, monasteria, urbes et quaedam perillustres familiae tam e nobilitate Eichsfeldiaca, quam vicina potestatem fecerunt, vetera diplomata, quae et quot vellem, e tabulariis suis describendi. Unde chartas sat multas possideo de conditoribus monasteriorum, ecclesiarum, sacellorum, beneficiorum, de jure patronatus, sedibus Archipresbyterorum, potestate judicum ecclesiasticorum &c., in quibus summa hujusmodi elucubrationum consistit. Desunt nobis quidem catalogi Ecclesiarum, Vicariarum; Altarium vel in celebrandis synodis, vel in colligendis Annatis, cathedraticis et subsidiis charitativis olim adhibiti, quales Würdtweinius non semel protulit; sed defectum hunc aliquo modo supplere licet ex historia Eichsfeldae civili. In ea cum omnes et singulas villas et curtes pridem vastatas pervestigarim, facile mihi erit, etiam ecclesias et sacella desolata, quorum memoria adhuc extat, hic recensere.

Unum superest, quod moneam. In aliis libris meis diplomata ex autographis descripta asterisco notavi, id quod in praesenti omissum est. Magnam enim partem diplomatum horum ante annos viginti sex collegi, neque nunc satis memini, ubi autographa et ubi apographa prae manibus habuerim, quare ab asteriscis malui abstinere. Hoc autem certo affirmare possum, multo majorem numerum ex autographis esse transscriptum. Haec uti et elaboratio mea si lectoribus probentur, nulla in me mora erit, quin Archidiaconatum Nörtensem praelo proxime committam.

---

§. I.

Digitized by Google

§. 1.

Statuta Ecclesiae Collegiatae Heiligenstadiensis de Praeposito.

Dominus praepositus Ecclesiae Heiligenst. cum adeptus fuerit possessionem praepositurae autoritate quacunque, si tunc per procuratorem suum legitime constitutum admittitur, ipse jurabit in animam domini praepositi servare statuta et consuetudines dictae ecclesiae S. Martini Heiligen. et cum rite ipse dominus praepositus sic admissus per procuratorem venerit ad ecclesiam praedictam, sine contradictione et difficultate tenetur personaliter facere juramentum decano et capitulo dictae ecclesiae in medio summi altaris, ponendo ambas manus super Evangelium Sanctum. Tunc decanus imponit sibi verba juramenti, quae sunt ista: Ego N. Praepositus ecclesiae S. Martini Heiligen. juro et promitto servare statuta et consuetudines hujus ecclesiae per meos Antecessores hactenus servata et servatas et in antea per me servanda et servandas, sic me deus adjuvet et conditores S. Evangeliorum. Item praestito juramento tenetur providere ecclesiastico nostro de competenti vestitu secundum decentiam sui honoris: similiter dabit infra sex menses unum pannum sericum auro intextum juxta decentiam sui status pro cappa exinde facienda in restaurationem ornamentorum. Item debet sibi assumere ecclesiasticum nostrum in Bedellum in judicio ad respiciendum et faciendum omnes actus, qui requiruntur et ab antiquo requirebantur ad tale officium, et ipse ecclesiasticus e commisso juramento tenetur fac re ipsi domino praeposito juramentum corporale, quod velit esse fidelis

 in

in tali officio. Item dominus Praepofitus feu ejus officialis nomine fuo femper tenetur dare praefentias in Calendario noftro confcriptas diftinctis temporibus miniftratas, quarum fumma fe annuatim extendit ad duodecim talenta denariorum Haffenfium et duos folidos. Item dominus praepofitus vel ejus officialis tenetur Canonicis dare fingulis annis duas thunas Allecum feria fexta ad dominicam, qua cantatur: Efto mihi. Item tenetur nobis providere de bono vino elfatico et panibus videlicet oblatis, in quantum fufficere poffumus ad peragendum coenam domini, ficuti eam peragere confuevimus temporibus ab antiquis pro quolibet choro alteram dimidiam ftoppam vini, pro fcolaribus autem dabuntur cunei aut femellae et cerevifia quot fufficiunt. Item dabit ecclefiaftico noftro fingulis annis feptem maltra filiginis et canonicis duo maltra filiginis. *Item ipfe Praepofitus vel officialis debent et tenentur nobis, Cameris noftris ac vicariis fine contradictione gratis dare citationem, monitionem et fingulos proceffus contra ecclefiae noftrae cenfuales nobis cum cenfum negligentes.* Item ipfe praepofitus aut ejus officialis de caetero non debebit exigere vel recipere *exuvias a Presbiteris et clericis in ipfa praepofitura decedentibus juxta indultum defuper habitum a).* Item dominus Praepofitus aut ejus officialis *non habebunt jurisdictionem in dominos decanos, capitulum, canonicos, vicarios et perfonas ipfius ecclefiae,* prout ab antiquo fic fervatum extitit, five etiam in eorum familiam, prout alias per felicis recordationis dominum Johannem Archiepifcopum Moguntinum declaratum fuit *b*). Item quando per dominum praepofitum vel fuos procuratores quis in novum officialem conftituitur, idem promittere tenetur domino decano ad manus capituli fingula fupra et infra fcripta fideliter obfervare et debitis temporibus fine protractione ex parte dicti domini praepofiti benevole miniftranda miniftrare et ita ab antiquo eft fervatum et perpetue obfervandum. Item vacante decanatu domini fcolafticus et Cantor

a) Diplom. N. LVII. *b*) N. XLVII.

Digitized by Google

Cantor capitulares et caeteri Canonici fecundum confuetudines fuas habent eligere et nominare unum de capitulo vel extra capitulum ad regendum officium decanatus, *et dominus Praepofitus Heilig. habet eundem confirmare c)*.

Idem gaudebat jure conferendi parochias in Udra, Geisleda, Ershaufen, Heuten, Kreuzebra, Wachftedt, Küllftedt, Dingelftedt, Kirchworbes et Birkenfeld.

§. 2.

Series Archidiaconorum Heiligenftadienfium ab anno 1022 — 1592.

Richbertus. Ejus mentio fit in charta imperatoris Henrici II. ecclefiae Heiligenftadienfi unum manfum et duo curtilia in villa Geislede donantis an. 1022. Daniel. *Papebroch. Commentar. de SS. Martyribus Aureo et Juftino* p. 37.

Ephelinus. Is cum collegio canonicorum tradebat praedium ecclefiae fuae in villa Didricheshufen et decimas in villis regiis Gronaha, Godescalco de Lengede, pro aliis bonis ab hoc acceptis an. 1070. *Eichsfeld. Gefch.* I. B. Urk. N. III.

Ordo vel *Oddo* legitur inter teftes fundationis monafterii Bursfeldenfis an. 1093. Leuckfeld *Antiq. Bursfeld.* p. 10. et fundationis coenobii Katelnburgenfis an. 1105. *Antiq. Katelnburg.* p. 24.

Baldewinus locum habet inter teftes in diplomate Sifridi Comitis de Bomeneburg monafterium Nordheimenfe multis bonis an. 1141 augentis. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 526.

Godescalcus Archidiaconatum geffit ab an. 1144 — 1155. Vid. Guden. *Cod. Dipl.* T. I. p. 163. 188 et 222.

Bal-

c) N. LXIX. et LXX.

Digitized by Google

Baldewinus II. a Conrado I. Archiepiscopo Moguntino vocatur fidelis et familiaris noster Magister Baldewinus prepositus in Heiligenstat an. 1162. *Meine Eichsfeld. Gesch.* I. Band. Urk. N. X

Gumpertus indicatur an. 1209 apud GUD. T. I. p. 412. Idem videtur esse, qui in LEUCKFELDII *Antiquit. Nordheim.* p. 240. *Rupertus* scribitur. Successit ei

Arnoldus. Cum hujus consensu Conradus Custos Heiligenstadiensis convenit cum Abbate Reifensteinensi. ut hic quatuor maldra avenae singulis annis daret custodi pro decimatione in villa *Azelenrode* anno 1212. N. I.

Philippus ter occurrit in GUDENI *codice diplomatico* T. I. anno 1213. p. 429. 1215. p. 436. et 1223. p. 487.

Henricus praefuit clero suo ab anno 1232—1247, quo electus est Episcopus Hildesiensis. LAUENSTEIN *Hildesh. Kirchengesch.* I. Th. S. 87.

Arnoldus II. Scholasticus Ecclesiae Metropolitanae, Praepositus ad S. Victorem Moguntiae, Canonicus ad S. Stephanum et ad gradus B. M. Virginis ibidem. † die 17. Jan. 1268.

Widekindus de Nuenberg (Naumburg) ortu Comes Waldeccensis nomen gessit a castro Naumburg vel Nauenburg in Hassia sito *d)* quod Henrico Hassiae Landgravio an. 1265 vendidit *e)*. Superest nobis transactio inter ipsum et duos fratres de Eckelingerode 1276 inita, unde discimus *Widekindum* fuisse tum praepositum Heiligenstadiensem. *Eichsfeld. Gesch.* II. Band. Urk N. VIII.

Otto de Rüdesheim non solum praepositura Heiligenstadiensi, annis 1287 *f)* et 1294 *g)*, sed etiam decanatu in aede metro-

d) WENCK *Hess. Landesgesch.* II Band. II. Abth. S. 1009. 1010.

e) LEDDERHOSE *kl. Schrift.* IV. B. S. 281.

f) GUD. T. I. p. 826 et 828.

g) Ibid. p. 886.

Digitized by Google

metropolitana, praepositura ad S. Victorem et Canonicatu ad gradus B M. Virginis Moguntiae et ad S. Martinum Wormatiae ornatus fuit † an. 1320. 24. die Julii. JOAN. *Rer. Mog.* T. II. p. 301.

N de Ramstein, nobilis Thuringus consanguineus *Matthiae* Archiepiscopi Mogunt. in cujus gratiam primas preces dedit. WÜRDTWEIN *subsid. diplom* T. III. p. 3.

Busso de Slotheim beneficum se exhibuit collegio canonicorum assignando bona quaedam et census annuos in villa Geislede an. 1342. N. XXIX.

Theodericus de Hardenberg conjunxit cum praepositura Heiligenstadiensi Northunensem *h*) et munus scholastici Frideslariae *i*). Illum jam anno 1360 fuisse praepositum Heiligenstadiensem patet ex literis ineditis, ubi haec leguntur: ... Des wir Thider. von Hartenberg Probest zu Heiligen. unser Ingesigele vestelichen an diesen Breff gehangen dreizenhundert Jar in dem sestigesten Jare uff des heiligen Crucistag, den man zu latine nennet ascensio. Videtur obiisse anno 1377, quia eodem alius ei scholasticus successit *k*).

Fridericus Rothardi procurator in curia Romana an. 1397 *l*). Arrogabat is sibi an. 1408 jurisdictionem in decanum et capitulum, qua nullus unquam praepositus gavisus fuerat, et in unum e canonicis sententiam excommunicationis publicabat; sed querelis ad Joannem Archiep. Mogunt. delatis, hic praepositum ad justos potestatis suae limites revocans, omnem illi jurisdictionem in canonicos denegavit. N. XLVII.

Henri-

h) *Diplomat. Geschichte des Petersstiftes zu Nörten.* S. 289.

i) WÜRDTW *dioecess. Mogunt.* &c. T. III p. 424 et 428.

k) Series Praepositorum, decanorum Scholasticorum &c. &c. Ecclesiae ad S. Petrum Frideslariae p. 39.

l) GUDEN. T. III. p. 619.

Digitized by Google

Henricus Hoffmann in matricula Academiae Erfurtensis sic notatur: 1421 Dominus *Henricus Hoffemann* praepositus Heiligenstad. Etiamnum in vivis erat anno 1435, quo litem cum civitate Heiligenstadiensi habitam per arbitros composuit. *Eichsfeldia docta* p. 46.

Henricus Leubing, legum Doctor, Licentiatus in decretis, Canonicus ad S. Severum Erfordiae, Cancellarius Theoderici Archiep. Mogunt. et primus ejus orator in conventu legatorum regum et Electorum Moguntiae de dissidiis ortis inter Concilium Basileense et Papam Eugenium IV. *Elenchus Cancellariorum Mogunt. in* GUDEN. *Sylloge* p. 524. WÜRDTW. *subsid. dipl.* T. VIII. p. 29. Praepositus iste an. 1440 remisit exuvias clero praepositurae suae. N. XLVII.

Ludovicus Thiel sicut priori in dignitate Cancellarii Archiep. Mogunt. ita et in praepositura Heiligenstadiensi successit. GUDEN. l. c. p. 529. an. 1453.

Heiso Krawell decretorum Doctor a Canonicatu Heiligenstadiensi, quo an. 1441 fruebatur, ad supremam Collegii sui dignitatem, ante annum 1462 ascendit *m*). Eodem anno die 6. Januarii confirmavit nomine Adolfi Archiep. Mog. jus praepositi Einbeccensis nominandi Cantorem. WENDEBORN's *Nachrichten von dem Domstift in Einbeck.* I. Th. S. 60.

Henricus Reuss de Plauen, Canonicus Ecclesiae metropolitanae Mogunt., Decanus Coloniensis et praepositus ad S. Petrum Moguntiae. Dabat an. 1488 officiali suo Valentino Commentaler facultatem electionem Decani Heiligenst. *Joannis Deinhart* confirmandi, quam et confirmavit. N. LXIX. et LXX. † an. 1530. die 18. Sept. JOAN. *Rer. Mogunt.* T. II. p. 493.

Thomas Comes de Rieneck, Custos Ecclesiae metropolitanae Mog. anno 1514 *n*) occurrit in diplomate quodam ecclesiae.

m) *Histor. Abhandl. von den geistl. Commissarien* S. 75.

n) JOAN. l. c.

Digitized by Google

ſiae. B. M. Virginis Heiligenſtad. ad annum 1533. N. LXXIV. † an. 1547. die 28. Julii.

Georgius a Döhren, renuntiatus a Sebaſtiano Archiep. Mogunt. conſecutus decanatum Frideslarienſem an. 1571. defunctus an. 1592. *Series Praepoſitorum, Decanorum &c. Frideslarienſium.* p. 38.

§. 3.

Officiales Archidiaconorum Heiligenſtadienſium.

Nomen officialis de ſe cuilibet in alterius obſequiis verſanti commune, ſolis judicibus eccleſiaſticis ab Archidiaconis inſtitutis proprium ſaeculo decimo tertio evaſit. Ante medium illius, in diplomatibus noſtris officialem invenire non memini; poſt autem in omnibus Archidiaconatibus dioeceſis Moguntinae frequenter occurrit. Inde colligere eſt, forum eccleſiaſticum ab eo tempore magis fuiſſe tritum, et Archidiaconos vel ob perpetuam a collegiatis ſuis abſentiam, officio ſuo ipſos fungi non potuiſſe, vel commoditatis cauſa noluiſſe. Tenebatur autem Archidiaconus unum aliquem e collegio canonicorum officialem deſignare, et plerumque Decano vel Scholaſtico hanc ſpartam demandabat. Poteſtas officialis ſatis ampla erat, utpote qui omnes Archidiaconi partes, niſi hic ſibi quid reſervaſſet, explebat. Conſuetae ejus functiones erant: praeſentatos ſibi a Patronis eccleſiarum Clericos inſtituere, lites de jure patronatus motas decidere, tractare omnes cauſas inter clerum ipſum, et inter hunc et laicos exortas, convocare clerum ad ſynodos generales et luſtrando obire eccleſias ad cleri et populi mores corrigendos &c. o). De his rebus cum literae in tabulariis noſtris rariores ſint, unam alteramve ſententiam ab officiali an. 1339 prolatam juvat hic annectere.

In

o) *Hiſtor. Abhandl. von den geiſtl. Commiſſ.* S. 19 u. ff.

Digitized by Google

In nomine Domini Amen.

Officialis Praepofiturae Heiligenftadienfis univerfis Chrifti Fidelibus Salutem in Eo qui eft vera Salus. Noveritis quod cum Kerftanus Rector feu Paftor Ecclefiae Parochialis in Kyrrode fuo et dictae ecclefiae fuae nomine, Dominum Kerftanum Praepofitum Abbatiffam, Prioriffam et conventum fanctimonialium in Bühren coram Nobis c̃piffe in c̃am libellum ipfis porrexerit, in haec verba: coram Vobis D. officiali Praepofiturae Heiligenftad. dicit et in jure proponit, Kerftanus Rector et Paftor ecclefiae Parochialis in Kyrrode fuo et dictae ecefiae fuae nomine, contra Kerftanum Praepofitum Abbatiffam prioriffam et conventum fanctimonialium Monafterii in Büren ordinis Cifterc: quod habet jus percipiendi octo Maldra avenae et decem pullos annis fingulis, nomine decimationis de certis Manfis dictorum reorum fitis in campis et terminis ville *Rebenninghcrode*, qui in caufae proceffu plenius fpecificabuntur ad ecclefiam fuam praedictam pertineat et dudum pertinuerint, dicti tamen rei quamvis pluribus praedeceflforibus dictam decimationem perfolverint, ipfam fibi per terminum continuum jam perfolvere recufaverunt et hodie recufant indebite et injufte. Petit igitur dictam decimationem fibi et dictae Ecclefiae fuae fententialiter adjudicari et ipfos reos in XXIIII Maldra avenae et triginta pullos nomine decimationis neglectae per nos condemnari et condempnatos compelli, ecclefiafticam per cenfuram haec petit in Jure cum Expenfis litis factis et proteftatur de faciendis falvo jure add. mut. mit. corrigendi, ac quovis alio juris beneficio fibi falvo, proteftatur etiam quod non aftringit fe ad probandum omnia et fingula praemiffa fed ad ea quae fibi fufficiunt ad victoriam fuae caufae prout in ipfo libello plenius continetur. Quo libello per Partem ream obfcure allegato et per partem actricem declarato nos certum terminum ad proponendas omnes exceptiones dilatorias et declinatorias contra ipfum affignamus parti reae. In quo quidem termino, cum nihil proponeretur quod nos movere poffet, ipfis reis viam praeclufimus dilatorie excipiendi, nifi aliquae

Digitized by Google

aliquae exceptiones emergerent de novo lite igitur super libello hujusmodi contestata, et per partem ream admissa caute per ipsas partes Calumpniae juramento. — Testes quas ipse Actor pro intentione fundanda producere voluit, recepimus et examinavimus per nos et alios et dictis eorum publicatis de consensu partium in termino ipsi parti reae addicto contra psonas et dicta testium assignato et demum concluso per nos in dicta causa cum ipsis partibus etiam volentibus et consentientibus nos certum terminum ad audiendum difinitivam sententiam ipsis partibus assignamus in ipso termino pluries prorogato sub spe compositionis amicabilis quae tamen non intervenit. Nos ipsis partibus feriam sextam proximam post dominicam laetare ad audiendum difinitivam sententiam pro termino assignamus, quem quidem terminum propter festum Beati Gregorii quod inciderat, usque in praesentem terminum prorogavimus, partibus igitur coram nobis praesentibus et sententiam fieri petentibus, Nos officialis praedictus quia invenimus ipsum actorem jus percipiendi annis singulis decimationem octo Maldrorum avenae et decem pullorum de campo sito super sylvam quae dicitur *Eycholtz in terminis villae Rebenningerode*, de quo in ipsis actis dicitur ad ecclesiam suam praedictam dudum pertinuisse et pertinere plenius probavisse, prudentum usi consilio et penes nos deliberatione habita diligenti, Dei nomine invocato ipsi actori et suo et dictae ecclesiae nomine jus percipiendi octo Maldra avenae et decem pullos annis singulis nomine decimationis de dicto campo praesentibus sententialiter adjudicamus, partem ream ad solutionem ipsorum annis singulis faciendam condemnando condemnatione expensarum in lite factarum aequitate suadente supersedentes. — Lata est haec sententia sub anno Domini MCCCXXXIX. sabbatho proximo ante dominicam qua cantatur Judica hora tertia vel quasi in ambitu ecclesiae sancti Martini in Heiligenstadt praesentibus Domino Hugone Scholastico, Conrado Vicario dictae ecclesiae, *Wiltthero in Rusteberge* et *Johanne in Meyngolderode Plebanis*, et quam pluribus aliis fide dignis.

Officialis Praepositurae Heiligenstadt discreto viro Plebano in Stadt Bühren salutem in Domino. Noveritis quod cum alias Kerstanus Rector seu Pastor ecclesiae Parochialis in Kyrrode suo et dictae ecclesiae suae nomine, dum Kerstanum Praepositum, Abbatissam, Priorissam et conventum sanctimonialium in Bühren coram nobis comparuisse in libellum ipsis porrexerit in haec verba: coram vobis Domino Officiali Praepositurae Heiligenstadiensis dicit et in jure proponit Kerstanus Rector seu Pastor ecclesiae Parochialis in Kyrrode suo et dictae ecclesiae suae nomine, contra Kerstanum Praepositum Abbatissam Priorissam et conventum sanctimonialium Monasterii in Bühren ordin. cisterc. quod habet jus percipiendi octo maldra avenae et decem pullos annis singulis, nomine decimationis de certis mansis dictorum reorum sitis in campis et terminis villae Rebenningerode, quae in causae processu plenius specificabuntur ad ecclesiam suam praedictam pertineant et dudum pertinuerunt, dicti cum rei ex caetera prout in ipso libello plenius continetur. Lite super hujusmodi libello per partem ream contestata et juris ordine jurato. Nos demum exigente justitia quia invenimus ipsum Actorem jus percipiendi annis singulis decimationem octo maldrorum avenae et decem pullorum de campo sito super sylvam quae dicitur Eycholtz in terminis Villae Rebenningerode, de quo in ipsis actis dicitur ad ecclesiam suam praedictam dudum pertinuisse et pertinere plenius probavisse. Prudentum usi consilio et penes Nos deliberatione habita diligenti, Dei nomine invocato dicto Actori et suae ecclesiae praedictae jus percipiendi octo Maldra avenae et decem pullos annis singulis nomine decimationis de dicto campo sententialiter adjudicamus, ipsam partem ream ad solutionem singulis annis faciendam condemnando. Vobis igitur sub poena suspensionis, districte praecipiendo mandamus, quatenus D. Kerstanum Praepositum Abbatissam et Priorissam praedictos suo et dicti conventus nomine publice moneatis, quos et nos praesentibus admonemus ut intra quindena indicatis pareant, dicto Kerstano et ecclesiae suae praedictae octo Maldra avenae

et

et decem pullos nomine decimationis de dicto campo ut teneantur, persolvant. Alioquin ipsos, quos ex nunc prout ex tunc in his scriptis a divinorum officiis suspendimus, sic suspensos publice nuncietis alio etiam non exspectato mandato reddite litteras in signum executionis sigillatas. Datum anno Domini MCCCXXXIX. in die Beati Johannis Evangelistae.

Ex officialibus noti sunt sequentes:

Conradus, an. 1300. N. XIV, an. 1312. in literis ineditis monasterii Teistungenb.

Hartmannus, Decanus et officialis an. 1364. N. XXXVII.

Ernestus Hopphe, circa annum 1370. *Papebrochii Commentarius de SS. Aureo et Justina ad diem XVI. Jun.* p. 42.

Henricus de Nörthen, simul Decanus an. 1401. N. XLIV. et 1419. *in literis ined. Monasterii Reifenstein.*

Bertoldus Gebehardi, Cantor ab an. 1445 – 1456.

Otto Zellmann, Decanus an. 1458 – 1487.

Valentinus Commendaler, Artium liberalium et Philosophiae Magister officialatum gessit anno 1488. N. LXIX. LXX. et anno 1495.

Nicolaus Scriptor, annis 1532 et 1552. videtur fuisse ultimus. *Abhandl. von den geistl. Commissarien.* S. 39.

§. 4.

Ambitus et fines Archidiaconatus Heiligenstadiensis.

Archidiaconatus Heiligenstadiensis cingebatur Jechburgensi, Dorlensi, Frideslariensi et Nortunensi. Jechburgensem tangebant parochiae Bickenrieda, Helmsdorf et Bebestete Mulhusam versus, inde procurrebat per Eichsfeldiam ultra urbes Hassiae Allendorf et Witzenhusam usque ad villas Vellmede et Ludenbach ad sedem Gensingen praepositurae Frideslariensis perti-

C 2 nentes

nentes *p*). De urbe Allendorf vide inter diplomata N. LVII. Parochum Witzenhusanum investiri oportuisse a Praeposito Heiligenstadiensi, patet ex literis Landgravii Hermanni ad judicem sedis Moguntinae an. 1376 ita scribentis: . . . . Wen uch die Erberen lude der Techen und daz Capittel unsir lieben Capellane des egenanten Stifftis (zu Cassel) antworten und wan uch bidden und eyschen noch insatzunge ires Stiftis als vorgescrieben sted, daz ir den insetzit zcu eyme ewygen vicario, als sich daz uwir Ampt rurit, sint dem male daz man den Probist zcu Heyligenstad nicht gehabin mag und enwissen ouch nicht, wie sich derselbe Probist heldet kegin den Erwerdigen unssen herren Bischof Ludewige zcu Mentze *q*) und begeren daz ir uns disen selbin brief widdirsendet *r*). Nam ideo hac vice solum institutionem parochi Witzenhusani a judice sedis Moguntinae petebat Hermannus, quia verebatur, ne praepositus Heiligenstadiensis parocho praefato adhaerenti Ludovico investituram recusaret. Sequentia loca inter Fuldam et Werram sita: Sichelstein, Neuenhagen, Ziegenberg, Blickershausen, Ermschwert, Hubenrode &c. &c. etiam Archidiaconatui Heiligenstadiensi adnumerantur.

Dorlensi jungebatur non procul ab urbibus Trefurto et Eschenwega.

A septentrione habebat *Nortunensem*, nominatim villas praefecturarum Gleichen, Reinhausen et Fredeland; urbs vero Duderstadiensis cum locis dextrorsum sitis uti et statworbium cum pagis proximis parebant Archidiacono Heiligenstadiensi. An monasterium Gerodense eidem, an Jechburgensi subjectum fuerit, non

p) WENCK *Hess. Landesgesch.* II B. S 403.

q) Otto Marchio Misnensis et Thuringiae Landgravius, primum Episcopus Bambergensis, an. 1374 a Papa Gregorio XI, Adolfo Episcopo Spirensi e domo Nassovica, quem Canonici metropolitani Moguntini postularant, oppositus est. Eichsfeldia stabat pro Adolfo, cum Ludovico faciebat Landgravius Hassiae.

r) KUCHENB. *Anal. Hass.* Vol. V. p. 47.

Digitized by Google

non audeo definire. Dubitationem mihi injicit charta monasteriorum in praepositura Heiligenstadiensi sitorum de anno 1276, in qua cum praesides domorum religiosarum iis, qui ad reparandam ecclesiam collegiatam Heiligenstadiensem nummos collaturi essent, bonorum operum suorum communionem offerrent, Abbas Gerodensis omissus est. Sic enim incipit: divina miseratione Abbas et conventus in Ryphenstein, in Büren, in Teistungburg, in Cella, in Annenrode, in Gernrode et in Witzenhusen Abbatissae et conventus universis Christi fidelibus salutem in eo, qui est salus omnium. Licet &c. s) Gernrode hic significat Parthenonem Germerodensem prope Eschwegam, non vero Abbatiam Gerodensem O. S. B. Postponitur enim coenobiis omnibus monialium. Deinde Reifensteinensis primo loco positus, solus habet titulum Abbatis, reliqui vocantur praepositi; Abbas Gerodensis certe praepositus non erat. Et cur a Reifensteinensi ne secundum quidem locum teneret, cum ipsi primus debebatur?

§. 5.

Quemlibet Archidiaconatum in certos Decanatus, vel sedes Archipresbyterorum fuisse divisum, notius est, quam ut docere hic opus sit. Antiquitus pauciores erant sedes, sed ampliores; postea facti sunt plures sed angustiores. Quot et quas numeraverit Archidiaconatus Heiligenstadiensis, nescitur propterea, quod catalogus nullus sedium Archipresbyteralium a Seculo XV. vel XVI. ad nos pervenerit. Quare noviore hic utor anno 1660, a Christophoro Jagemann in spiritualibus commissario descripto. Recenset is novem sedes: 1. Heiligenstad, 2. Beuren, 3. Dingelstadt, 4. Kirchworbes, 5. Ershausen, 6. Kirchgander, 7. Duderstadt, 8. Nörten, 9. Seeburg. Duae posteriores cum ad Archidiaconatum Nortensem spectarint, utraque hic omittitur.

Sedes

s) PAPEBR. *Comment. de SS. Aureo et Just.* p. 41.

Digitized by Google

Sedes Heiligenſtadt.

Eccleſia S. Martini. Sicuti ejus originem *Dagoberto* Francorum regi, gravibus nixus argumentis abjudico *t*), ita ſaeculo octavo aut nono illam tribuendam eſſe cenſeo *u*). Ornata eſt deinceps collegio Canonicorum, ſi non prius, certe ſub *Erchenbaldo* Archiepiſcopo, qui eccleſiae Moguntinae ab anno 1011 - 1021 praefuit, ſive hic, ſive alius quis conditor fuerit *v*). Poſtquam ultra annos ſeptingentos octoginta tres ſteterat, varias experta viciſſitudines, ſolutum eſt collegium Canonicorum a FRIDERICO WILHELMO III. Rege Boruſſorum die 25. Septemb. an. 1803 et aedes ſacra tradita eſt Proteſtantibus. In ea inſtitutae fuerunt:

1) *Vicaria S. Stephani*, dotata ab Henrico de Hanſtein et fratribus ejus an. 1308. dipl. N. XXI.

2) *Vicaria S. Stephani et undecim millium Martyrum.* Conſecratio altaris peracta eſt an. 1316 dominica judica a Sifrido Epiſcopo Curienſi vices gerente Petri Archiep. Moguntini. N. XXV.

3) *Vicaria N. per Theodoricum Cantorem inſtituta*, hoc mortuo conferenda a Decano et Capitulo. Acceſſit confirmatio Petri Arch. Mog. an. 1318. N. XXVII.

4) *Vicaria SS. Andreae et Laurentii*, quam Matthias Arch. Mog. an. 1327 confirmavit. N. XXVIII.

5) *Vicaria S. Andreae et omnium Apoſtolorum.* Conditorem habuit Henricum de Altendorf Cantorem ante an. 1356. N. XXXI.

6) *Vicaria B. M. V. Annae et SS. omnium.* Dotem dedit Hugo Scholaſticus an. 1357. N. XXXIII.

7) *Vi-*

t) *Eichsfeld. Geſch* I. B. S. 4 - 10.
u) *Geſchichte der Stadt Heiligenſtadt* S. 2 u. ff.
v) Literae fundationis interciderunt, ex iis, quae ſuperſunt, nemo fundatorem eruerit.

Digitized by Google

7) *Vicaria S. Jacobi majoris, Andreae Apostolorum* &c. &c. excitata est a Joanne de Bodenrode Vicario ad S. Martinum et confirmata an. 1363. N. XXXVI.

8) *Vicaria S. Eustachii.* Fundator Wernerus Phryne senior civis Heiligenstad Martinum de Dingelstade an. 1364 primum Vicarium nominavit. N. XXXVII.

9) *Vicaria S. Cyriaci.* In literis illam an. 1389 confirmantibus Auctor dicitur Albertus Vogel, plebanus Westerodensis. N. XLI.

10) *Vicaria S. Bartholomaei et S. Nicolai*, quam Henricus Topph, ecclesiae hujus Vicarius testamento suo ante an. 1405 erigi jussit. N. XLVI.

11) *Vicaria B. M. V. S. Michaelis Archangeli* &c. &c. provenit a pia liberalitate Joannis Fust, civis Heiligenst., et ejus conjugis Antoniae an. 1413. N. XLIX.

12) *Vicaria SS. Petri et Pauli &c. Fabiani et Sebastiani.* Huic a Wickenando de Witzenhusen scholastico institutae originem dedit annus 1410 et confirmationem an. 1423. N. XLVIII. et LIII.

13) *Vicaria B. M. V. Sanctorum Apostolorum et Virginum Barbarae. Catharinae. Dorotheae &c.* Bertoldus Gebehardi Cantor quingentos florenos testamento reliquit, ut ex pensione annua sacerdos Vicarius aleretur an. 1458. N. LXII.

14) *Vicaria trium Regum* prioribus an. 1489 e bonis Conradi Goldhagen scholastici accessit. N. LXXI.

Praeter has 14 Vicarias notantur duae aliae in quodam Msto: altera Praepositi, altera S. Ivonis; sed de illarum institutione vel confirmatione nihil reperi.

Sacellum S. Laurentii olim situm in area illa, quam modo occupat domus supremi Praefecti; prima illius mentio fit anno 1227 *w*). Memoratur iterum an. 1359, quo Gerlacus Arch.

w) *Eichsfeld. Gesch.* I. B. N. XIX.

Digitized by Google

Arch. Mog. novum beneficium secundae missae hic fundatum confirmavit N. XXXIV.

Ecclesia parochialis B. M. V. exstructa saeculo duodecimo x), donata a praeposito ecclesiae collegiatae ad S. Martinum et eidem anno 1249 prorsus unita est y).

Altare summum dedicatum est an. 1420 dominica judica ab Henrico Episcopo Adrimitanensi, suffraganeo Erfurtensi, in honorem S. Crucis, beatae Mariae Virginis, beati Bartholomaei Apostoli &c. &c. Nr. L. Hic notandae sunt:

1) *Vicaria primae Missae* 1365. Conditores Conradum de Westhusen pistorem et ejus uxorem Juttam invenies. N. XXXVIII.

2) *Vicaria trium Regum*, cujus altari forte an. 1370 consecrato, Albertus Episcopus Ippusensis indulgentias dedit. N. XXXIX.

3) *Vicaria SS. Petri et Pauli*, de qua agitur N. LXXVIII. sublata est an. 1566 a Daniele Arch. Mog. et reditus parochis ad B. M. V. et S. Aegidium tributi sunt. N. LXXIX.

4) *Beneficium S. Antonii* a Saeculo XIV. z) ad nostram aetatem licet valde accisum perseverat, confertur a Familia Hugoldina.

Usum templi Mariani habuerunt Patres S. J. ab anno 1580–1773, unde etiamnum vocatur die *Jesuiterkirche*. Primi Jesuitae Heiligenstadium missi sunt an. 1574 ad rem Catholicam in Eichsfeldia conservandam et augendam a Daniele Archiepiscopo Mog. qui iis novum collegium aedificari jussit. Illud incolebant plerumque octo sacerdotes functionibus sacris in subsidium parochorum occupati. Duo ex illis philosophiam tradebant, et unus Theologiam moralem. Magistri quinque nondum sacerdotio

x) *Heiligenst. Geschichte* S. 137.

y) PAPEBROCHII *Comment. de SS. Aureo et Just.* p. 38.

z) *Heiligenst. Geschichte* S. 234.

Digitized by Google

dotio initiati, quos ſcholaſticos vocabant, grammaticam et humaniora profitebantur, et quatuor laici coadjutores rem domeſticam curabant. Vid. N. LXXXIX. XC. XCI.

Eccleſia parochialis S. Aegidii primordia ſua numerat a Sigefrido II. Archiep. Mogunt. circa an. 1227 *a*). Succeſſor Sigefridus III. illam an. 1239 Canonicis ad S. Martinum dono dedit *b*). Fuerunt olim in ea:

1) *Vicaria SS. Corporis Chriſti*, de qua vide N. LXXXIV.

2) *Vicaria S. Catharinae et S. Nicolai.* Illam excitarunt an. 1387 Erneſtus Thoteirluch et Henricus Meiger cives Heiligenſtadiani, teſtante Rudigero vom Hain praepoſito S. Severi Erfordiae. N. XL.

3) *Vicaria SS. Fabiani et Sebaſtiani* memoratur N. LXXXV. Altare renovatum eſt an. 1521. *Geſchichte der Stadt Heiligenſt.* S. 147.

4) *Commenda ad altare B. M. V. et S. Nicolai*, quam cum Jodocus Hanen ducta uxore amiſiſſet, Daniel Arch. Mog. Chriſtophoro Herdegen Canonico Heiligenſtadienſi an. 1578 contulit. N. LXXXI.

Sacellum Maria-Hülf dictum ſuperat annum 1405 *c*). Hic extra tempus divinorum parochialium in aede S. Aegidii Sacerdotibus licet celebrare miſſam.

Eccleſia S. Nicolai in colliculo prope muros. Pervetuſti hujus Sacelli (jus parochiae nunquam habuit) chorus duntaxat ſupereſt, et muri navis tecto pridem carentes. Vicariae S. Nicolai, quam olim Decanus ad S. Martinum contulit, fructibus valde paucis nunc fruitur parochus B. M. V.

Sacel-

a) *Heiligenſt. Geſchichte* S. 17.

b) PAPEBR. l. c.

c) *Heiligenſt. Geſchichte* S. 154.

Digitized by Google

Sacellum privatum in ergastulo (in dem Zuchthause) dedicatum 13 die Jul. an. 1749 a Joanne Friderico de Lasser, Episcopo Lycopolitano, Suffraganeo Erfordiensi.

Ecclesia S. Jacobi extra portam Geisledanam circa medium Saeculi XIV. exstructa putatur *d*). Rectori illius Gerlacus Arch. Mog. an. 1363 praecipiebat, ut diebus festivis mature missam diceret, quo divinis officiis in ecclesia collegiata ad S. Martinum posset interesse *e*). *Heilig. Gesch.* Urk. N. VI.

Sacellum S. Georgii extra portam, quam vocant das Holzbrücken-Thor, una cum Ptochotrophio S. Spiritus videtur conditum fuisse *f*). Regebatur a proprio sacerdote an. 1363 *g*). Auctum est nova Vicaria an 1433, quam Eckardus Locker Canonicus, Conradus Sure Vicarius et Joannes Pfriene civis Heilig. dotarunt. N. LV.

Sacellum S. Liborii extra portam montanam ejusdem ferme aetatis est, cujus duo priora *h*). Vicariae S. Crucis, B. M. V. S. Liborii, S. Eowaldi, S. Leonardi &c. hic an. 1450 inceptae fundator fuit Conradus Sure Vicarius ad S. Mart. paulo ante memoratus N. LX. Sublata ecclesia collegiata, sacellum hoc Regi FRIDERICO WILHELMO cessit an. 1803.

Sacellum inter urbem et Udram sitam in loco Altenburg dicto: Sacellum aliquod ibi jam anno 1362 stetisse insinuant literae datae et signatae ab Hartmanno Decano et officiali praepositurae Heiligenstad *i*). Aliunde constat, Beneficium ad SS. Petrum et Paulum a nobili gente de Hanstein ibi esse fundatum et perseverasse ad an. 1792, quo post obitum ultimi possessoris Canonici Adami Philippi Hirstell, cum consensu patronorum cum paro-

d) *Heilig Gesch.* S. 155.

e) Ebendas. S. 159.

f) *Heilig. Gesch.* N. VI.

g) Ebendas. S. 157. *h*) Ebendas.

i) Ex Epist. ined. ad P. PAPEBROCHIUM.

Digitized by Google

parochia Rengelroda fuit conjunctum. Juxta aediculam sacram post annum 1724 erectae sunt duae domunculae pro totidem Eremitis, quibus an. 1785 in Dioecesi Moguntina sublatis, utroque destructa est. Festo S. Marci agmen supplicantium huc ducebatur ad rem divinam faciendam; sed annus 1805 sacellum in tabernam et ludum saltatorium convertit.

Westhausen Ecclesia parochialis S. Pancratii, cui an. 1320 praeerat Helmoldus de Westhusen oriundus e nobili prosapia hujus nominis. *E. G.* I. B. N. LXXXVIII.

Günterode S. Georgii, pridem subjecta matri Neuendorfensi, ab anno 1805 proprio gaudet parocho, dote veteri aucta ex haereditate Bodmanniana *k*).

Bodenroda filialis S. Laurentii.

Simeroda Ecclesia parochialis S. Nicolai. Jus patronatus competiit Ecclesia collegiatae ad S. Martinum. Cernere ibidem est

Sacellum S. Magdalenae an. 1703 positum a Theodoro de Steinmetzen. Festo S. Magdalenae hic missa cantatur, in quatuor anni temporibus dicitur sacrum pro defunctis. Dependent a parochia

Bischhagen filial. S. Matthiae, et

Mengelroda filial. S. Magdalenae. Olim numerata est inter matres. occurrit enim an. 1339 Johannes Plebanus in Meyngolderode. Vid. supra pag. 17.

Geislede Ecclesia parochialis SS. Cosmae et Damiani. Godefridus Plebanus an. 1440 nomine cleri praeposi-turae

k) Urbanus Ignatius Bodtmann scriba provincialis Eichsfeldiae et consiliarius regiminis † die 20. Sept. an. 1779 testamento suo praecepit, ut e relictis bonis suis, (16000 imperialibus) mortua uxore quatuor parochiae dotarentur.

Digitized by Google

turae Heiligenſt. ſubſcripſit literis praepoſiti Henrici Leubing exuvias clero remittentis. N. LVII.

Rengelroda Eccleſia parochialis S. Joannis Baptiſtae confertur a perilluſtri gente Hanſteiniana.

Steinheuteroda antiquitus Hadewarderoda Eccleſia filial. S. Albani. Hanc exiguam villam cum Canonici Heiligenſt. an. 1328 Joanni de Winzingerode venderent, *horreum in caemeterio* ſibi reſervarunt. *E. G.* II. B. N. XXXVI.

Burgwald Eccleſia filial. S. Georgii, translata eſt ad novam parochiam Schachtebich an. 1800.

Kaltenebra Eccleſia parochialis S. Nicolai. Jus parochum deſignandi fuit penes Decanum et Capitulum Heiligenſt.

Luttera Eccleſia filial. S. Mauritii.

Udra Eccleſia parochialis S. Jacobi, una ex antiquioribus Eichsfeldiae parochiis. Jus patronatus a Ruthardo Arch. Mog. Praepoſito Heiligenſt. datum eſt, quo cum circa an. 1162 uteretur Balduinus Praepoſitus, cives autem Uderani et milites contradicerent: Conradus Arch. Mog. nominatum parochum ſuſcipi juſſit. *E. G.* I. B. N. X.

Lenteroda filial. S. Catharinae.

Eccleſiae deſolatae.

Inter Bodenrodam et Geisledam locus Coemeterii villae exciſae *Hunrode* adhuc conſpicitur.

§. 6.

Sedes Büren.

Büren Eccleſia parochialis S. Pancratii ſcribitur in chartis antiquis Büren ſuperior, ad diſtinguendum a Büren inferiore, de qua villa mox ſermo erit. In Büren ſuperiore pleba-

Digitized by Google

plebanus erat an. 1229 Helmoldus *l*) et Bertoldus 1238 in forensi Büren. *m*) *)

Büren inferior Ecclesia S. Margarethae. Hanc Rudolphus de Bodenstein circa an. 1140 fundavit, quam ejus nepos Conradus de Bodenstein aliquamdiu rexit. Is cum consensu Sigefridi II. Archiep. Mog., autoritate Cardinalis Guidonis Episcopi Praenestini et sedis apostolicae legati, moniales quasdam ordinis cisterc. e monasterio Woltingerodano dioecesis Hildesheimensis, annuente Episcopo Harberto in villam Büren adduxit eisque ecclesiam suam et dotem pro honesta sustentatione attribuit *n*). Harbertus rexit Ecclesiam Hildesiensem ab anno 1199—1215, intra quod tempus monasterium conditum est.

Wingeroda Ecclesia paroch. S. Joannis Baptistae transiit cum jure patronatus 1281 ad parthenonem Bürensem, permittente Alberto Thuringiae Landgravio, a quo Albertus Comes de Gleichenstein jus illud clientelae beneficio possederat. Gud. l. c. N. VII.

Steinbach Ecclesia parochialis S. Mauritii.

Glasehausen filial S. Joannis Baptistae, multis abhinc annis matrem accepit Neuendorf, modo habet Günterodam.

Reinolderoda S. Petri ad vincula. An. 1238 plebanus in Reinolderod fuit Edelgherus. Gud. *codicill. diplom. Beur.* N. II.

Sacellum S. Ignatii prope Wingerodam anno circiter 1658 vel 1657 exstruxit Ludimoderator in pago Wingerodano. Sed cum videretur angustius, quam ut caperet omnes devotionis gratia adeuntes, anno 1662 idem Ludimoderator suo sumptu dila-

l) *Eichsfeld. Gesch.* I. B. S. 141.

m) Guden. *codicill. diplom. Beur.* N. II.

*) Erat Saeculo XIII. oppidum.

n) Guden. *codicill. diplom. Beur.* N. I.

Digitized by Google

dilatavit, ac dominica infra octavam S. Ignatii primum missae sacrificium cum solenni cantu deo est oblatum, educta e parochiali templo processione cum venerabili sacramento. *E veteri Msto.* Vid. N LXXXVIII.

Birkungen Ecclesia paroch. S. Joannis Baptistae. Burkardus Comes de Schartfeld an. 1206 ecclesiam cum maxima praedii parte monasterio Reifensteinensi vel donavit vel vendidit *o*). A tempore immemoriali Religiosi Reifensteinenses Birkungae sacra curarunt; sed die 6. Junii 1772 excedere jussi sunt ab Emmerico Josepho Arch. Mog. et parochiam relinquere sacerdoti saeculari, manente penes Abbatem jure patronatus.

Sacellum juxta pagum in colle positum ad venerandam passionem et mortem salvatoris nostri cum signis consuetis.

Leinefeld Ecclesia filial. S. Magdalenae. Ut hic loci parochus Kyrrodensis ob paucitatem incolarum in Kyrrode resideret, indulsit Petrus Arg. Mog. an. 1308. N. XXII.

Husen filial. S. Catharinae pridem avulsa est et tradita monacho Reifensteinensi huc excurrenti; ex quo extinctum est monasterium, matrem colit Bartlossium.

Bartlossenses ante extinctionem divinis intererant in templo monasterii, an. 1803 datus est illis proprius parochus.

In confinio villae Birkungen sita fuit *Abbatia Reifensteinensis ordinis cisterc.* Fundamentum ac dotem accepit ab Ernesto Comite de Tonna an. 1162, qui coloniam Monachorum e vicino monasterio Volkerodensi in villam suam Alboldarodam deduxit *p*). Floruit per annos 641 et jussu Friderici Wilhelmi regis Borussorum die 2. Martii 1803 sublata est sub Abbate Antonio Löffler an. 1800 electo, cujus patruus Abbas Adrianus Löffler an. 1765 et seqq. novum monasterium aedificaverat. Novi templi primus lapis positus est die 30. Julii 1737. Structura et diu et saepe variis

o) *Eichsfeld. Gesch.* I. B. N. XIV.

p) Ebendas. N. IX.

variis de caufis interruptam tandem abfolvit Abbas Guido Köhler, et Joannes Georgius ab Ekhard Epifcopus Joppenfis die 8. Augufti an. 1779 dedicavit.

Ecclefiae defolatae.

Kyrrode pagum, cui erat ecclefia baptismalis, cum jure patronatus vendit Hugo de Marchia an. 1300 Abbati Reifenfteinenfi *q*), et Fridericus Comes de Bichelingem utrumque refignat Archiepifco Mog. an. 1303 *r*), qui ecclefiam Kyrrodenfem eodem anno coenobio Reifenftein. addicit N. XVI.

Etzelsbach locus quondam votivus. Nihil reftat nifi parvum facellum, ad quod primis dominicis poft feftum Mariae Vifitantis, affumptae ac natae agmina fupplicantium confluunt.

Volkoldesbach Ecclefia paroch. non procul Wingeroda. Hermannum parochum an. 1331. Vid. inter teftes apud Guden. *codicill diplom. Beur.* N. XVI.

Villae Horebach, *Volkoldesbach et Altenhagen* cum patronatu ecclefiae an. 1281 a Comite Alberto de Glichenftein refignatae funt Alberto Thuringiae Landgravio, qui eas Parthenoni Bürenfi largitus eft. l. c. N. VII.

Beringershagen Ecclefia paroch. Hundeshagen inter et Breidenbacum olim fita. Eberhelmus plebanus innotefcit e diplomate quodam an. 1309. *E. G.* I. B. N. LXXIII.

§. 7.

Sedes Dingelftedt.

Dingelftedt Ecclefia paroch. S. Gertrudis.

Sacellum B M. V. a Mariophilis quotidie frequentatum.

Kefferhaufen Ecclefia filial S. Johannis Baptiftae.

Silber-

q) Ebend. N. LXIV. r) Dipl. N. XV.

Silberhausen Ecclesia paroch. SS. Cosmae et Damiani. Jure patronatus gaudet Parthenon Zelle O. S. B. An. 1600 die 8 Decembris Christina Abbatissa Zellensis Commissario Archiepiscopali Wend praesentavit Joannem Vetterum. *E veteri Msto.*

Helmsdorf Ecclesia paroch. SS. Petri et Pauli. Jus patronatus et ipsam ecclesiam cum omnibus redditibus, in ordinem S Lazari militiae Christi templi Hierosolomytani novam sedem Helmsdorfii molientem Comes Albertus de Glichen an. 1283 transtulit. Guden. *cod. diplom.* T. I. p. 798.

Zelle Ecclesia filial. S. Nicolai.

Creutzebra Ecclesia paroch. SS. Sergii et Bachi nomen sortita a particula S. Crucis, quae, nescio quo donante, hic in veneratione est, maxime dominica post festum exaltatae crucis, quando vicini pagi huc supplicatum veniunt.

Kalmeroda Ecclesia paroch. S. Martini. Administrata est a Religioso Reifensteinensi huc excurrente. Ultimus parochus an. 1803 sedem inter parochianos suos fixit.

Heuten Ecclesia paroch. S. Nicolai.

Flinsberg Ecclesia filial. S. Martini.

Küllstedt Ecclesia paroch. S. Georgii et S. Julianae inter antiquas parochias referenda, cum an. 1191 suum haberet sacerdotem Franconem. *E. G. I. B.* N. XIII.

Wachstedt Ecclesia filial. S. Michaelis (tempore commissarii Jagemann) sejuncta pridem a matre curatur a proprio Parocho. Reditus nimis tenues aucti sunt 60 imperialibus, postquam Eminentissimus Moguntinus ipse praeposituram Heiligenstadiensem assumpsit circa an. 1770.

Büttstedt Ecclesia filial. S. Margarethae sub matre Küllstedt. Jus patronatus an. 1356 transscripsit monasterio Annarodensi Waltherus de Mila in gratiam filiae monialis ibidem. N. XXXII.

Effel-

Effeldra Ecclesia paroch. S. Albani. Jus patronatus competit monasterio Zellensi O. S. B. quod villam Effeldram a Comite de Gleichenstein an. 1280 emit. *E. G. I. B.* N. XLVIII.

Struth Ecclesia filial. S. Jacobi majoris. An. 1702 tum ob distantiam a matre, tum ob viam per altas nives in hyeme valde impeditam, Commissarius Klinkhard illam regi voluit a Sacellano monasterii Zellensis, religioso O. S. B.

Hübstedt Ecclesia paroch. S. Martini de collatione commendatoris Teutonici in Weissensee in Thuringia. *Ita commiss. Jagemann.*

Ecclesia S. Martini in Bevestedt. Bona ejus et curam animarum commisit an. 1264 Arnoldus Praepositus Heiligenst. Abbati Reifensteinensi hac conditione, ut Decano Heilig. XVI. annua maldera siliginis daret. N. IV. Conf. Gud. T. I. p. 731.

Bickenrieda Ecclesia paroch. S. Sebastiani tradita Parthenoni Annarodensi regitur a Sacellano ejusdem monasterii, qui longo ab hinc tempore fuit religiosus Reifensteinensis. Jus patronatus a Decano Heiligenstad. cessum est an. 1346 monasterio Annarodensi.

Monasterium Annarode Virginum ord. cisterc. ortum refert ad Henricum Camerarium de Mülhausen, qui Ecclesiam in villa Annarode cum quatuordecim mansis, Virginibus ord. cisterc. ibidem domino famulari cupientibus an. 1268 contulit s). Inter insignes ejusdem Benefactores locum merentur Albertus Comes de Gleichen et Albertus Thuringiae Landgravius.

Ecclesia conventualis S. Andreae dedicata est an. 1693.

Ecclesiae desolatae.

Bretinbeche. Hic saeculo decimo tertio conditum fuerat monasterium Virginum, cui Wernerus de Schiferstein, Conradus

s) *Eichsfeld. Gesch.* I. B. N. XLI.

dus de veteri Mülhausen et Joannes de Bodenstein bona sua ibidem donaverant. Sed cum furor bellicus aliquoties coetum virgineum dispersérat, locus cum bonis suis, consentiente praeposito Ottone ordini S. Lazari an. 1253 traditus est *t*). Ab hoc tempore sedem Breitenbaci habuit aliquis ordinis praefectus, quem commendatorem vocant cum collegio sacerdotum sibi subjecto usque ad annum 1490, quo praefatus ordo cum ordine equitum Rhodiensium conjunctus est *u*). Anno 1525 praedium Breitenbacense ad Senatum Gothanum, ab hoc ad perillustrem gentem de Knorr transiit, quae illud etiamnum possidet. GALLETTI *Geschichte des Herzogthums Gotha* II. Th. S. 209.

Volcramshusen apud GUDEN. T. I. p. 708. dicitur Capella cum ecclesia Helmsdorfensi connexa; parochiae jura deinde consecuta est, habemus enim Wipertum plebanum in Volcramshusen inter testes an. 1301. *E. G. I. B.* N. LXV.

Kirchberg locus a nobili gente de Kirchberg satis notus, pridem excisus est. Sacellum recentius stat in colliculo quem cingunt simulacra passionem et mortem domini nostri Jesu Christi repraesentantia.

Wedigeshusen Ecclesia parochialis an. 1317 plebanum habuit Hertwicum *v*). Tum temporis jus patronatus fuit penes per illustrem gentem de Bodungen. Pago ante Saeculum XVII. vastato et incolis disjectis, mansit parietina sacelli usque ad dimidium Saeculi XVIII. Tum studio Cyriaci Frankenberg parochi Dingelstadiensis et opera proximorum ruricolarum surrexit novum Sacellum, in quo statis diebus res divina peragitur.

Wüsthenvelkircherode. Vel ipsum nomen indicat ibi stetisse Ecclesiam; villa non procul a sylva Dingelstadiensi putatur locata fuisse. Vid. *E. G. I. B.* S. 140.

Elbi-

s) *Eichsfeld Gesch.* I B. N. XLI.

t) *Sagittar. Histor. Goth.* p 237.

u) VON OSTERHAUSEN *von den Maltheser-Rittern.* S. 535 und 667.

v) *Eichsfeld. Gesch.* I. B. N. LXXXVII.

Digitized by Google

Elbicherode Ecclesia filial. cum villa vendita est an. 1266 ab Hermanno milite de indagine, Abbati Reifenstein, cui Wernerus Arch. Mog. facultatem dedit sacellum destructum reedificandi et a matre Hüppingenstete separandi an. 1268. N. VII. et VIII.

Wofart Ecclesia seu parochialis, seu filialis sita fuit inter Helmsdorf et Zella. Vestigia coemeterii ad hunc usque diem conspiciuntur.

§. 8.

Sedes Kirchworbes.

Kirchworbes Ecclesia parochialis S. Magdalenae. Hunoldum vicarium in Kirchworveze invenimus in diplomate quodam monasterii Burensis an. 1238. GUD. *codicill.* N. II.

Sacellum S. Valentini a Valentino de Bulzingslöwen Saeculo XIV. aut XV. erectum esse dicitur. Credibile est, sacerdotes Calendarios sedis Kirchworbes, in eo conventus sacros habuisse; hodiedum in quatuor anni temporibus coelestis hostia ibi immolatur.

Gernroda Ecclesia filial. Invent. S. Stephani, pridem adscita est inter Matres.

Stadtworbes Ecclesia paroch. S. Petri. E parochis noti sunt an. 1276 Windoldus plebanus in Marchtworbeze *w*) et Hermannus 1299.

Juxta illam Ecclesiam novus coetus Virginum ord. cisterc. e duobus Asceteriis Bürensi et Annarodensi coaluit, cui Fridericus Comes de Bichelingen an. 1311 praeter alia bona etiam jus patronatus ejusdem Ecclesia dedit *x*). Bellum rusticorum an. 1525 virgines jam ante obaeratas in tantam redegit paupertatem, ut non haberent, unde viverent. Quare Arch. Mog. et

w) *Eichsfeld. Gesch.* II. B. N. VIII. *x*) N. XXIV.

Digitized by Google

et Cardinalis Albertus 1540 coetum diſſolvere coactus eſt. Conf. *Meine hiſtor. Nachrichten vom ehemaligen Kloſter Worbes &c. in* Holzmann's *Hercyn. Archiv.* S. 569–580.

Sacellum S. Nicolai, ſuppreſſo Parthenone, ut mea fert opinio, in parochiam converſum.

Sacellum S. Brigidae cum priore conceſſum virginibus Stadtworbianis N. XXIV.

In eodem loco, ubi ſteterat monaſterium virginum, poſt annos 127 aliud virorum e familia S. Franciſci ſuſcitatum eſt. Primordia Annales domeſtici ſic referunt: MDCLXVII. vigore litterarum ab Eminentiſſimo Joanne Philippo ad tit. D. Philippum Caſparum L. B. a Biken — praedictus locus nobis eſt aſſignatus, in quem ducti ſumus XVI. Aprilis. Eodem anno fratres in oppidi Stadtworbienſis domo quadam conducta habitantes, in praedicti monaſterii loco humili, quoddam ſacellum ligneum in honorem S. Antonii Paduani exſtruxerunt, in quo indies celebrantes implorarunt aſſiſtentiam dei.

MDCLXXXIII. die IV. et V. Auguſti Eccleſiam S. Antonii cum ſummo altari et duobus lateralibus . . . conſecravit Rmus D. Adolphus Voluſius Epiſcopus Diocletianopolitanus, Eminentiſſimi ſuffraganeus, in qua deinde III. Aprilis officium divinum ſtabiliter celebrari coepit. Sacellum S. Antonii Eccleſiae contiguum aedificatum eſt an. MDCXC ſub F. Edmundo Baumann, aliud vero ligneum, de quo ſupra, translatum eſt ad hortum. Severus *Moguntia Eccleſiaſtica* p. 103.

Sacellum S. Rochi extra urbem, occaſione peſtis hic an. 1682 graſſantis, a civibus conditum eſt. Feſtis S. Sebaſtiani, S. Rochi et S. Roſaliae hic ſacrificatur.

Sacellum prope urbem recolendae paſſionis D. Jeſu C. cauſa poſitum, a pia Matrona Wagner et juris conſulto Weinrich.

Breidenbach Eccleſia S. Margarethae fil de collatione nobilium de Büllzingleben, *ita commiſſar. Jagemann.* Recuperavit honorem matris, quem olim habuit, cum an. 1267 rector eſſet Theodericus. *E. G.* II. B. N. VIII.

Brei-

Digitized by Google

Breitenholz Ecclesia visit. B. M. V. fil.

Breitenworbis Ecclesia paroch. S. Viti. Henricus plebanus in Breitenworbize legitur inter testes an. 1238. Gud. *codicill. diplom. Brur.* N. II.

Orschel Ecclesia fil. S. Bonifacii. Fridericus de Bodenstein partem suam juris patronatus in minori Asla *y*) confert Abbati Reifensteinensi an. 1269. N. IX. Relata est pridem in numerum ecclesiarum parochialium.

Berntroda Ecclesia paroch. S. Martini.

Deuna Ecclesia paroch. SS. Petri et Pauli.

Follenborn Ecclesia fil. S. Martini.

Bischofferoda Ecclesia paroch. Nativ. B. M. V. Marquardus Abbas Reinhardsbornensis monasterio Gerodensi an 1293 vendebat bona sua Bischofferodensia cum jure patronatus. *E. G.* I. B. N. LV.

Holungen Ecclesia fil. Nativit. Joannis Baptistae.

Neustadt Ecclesia fil. SS. Simonis et Judae, nova parochia ab an. 1800.

Jüzenbach Ecclesia paroch. decollat. S. Joannis Baptistae.

Weissenborn Ecclesia fil. S. Michaelis. Anno 1131 dedicata fuit aedes sacra Wissenburnia a Buggone Episcopo Wormatiensi. P Joannes Brauer Prior Gerodensis cum novum exstruendum esset ibidem templum, effracto sacro sepulchro invenit stanneam capsulam cera obseratam, in qua erant SS. reliquiae et inscripta dedicatio et dedicationis auctor.

Lüderoda Ecclesia fil. S. Martini. Anno 1291 erat matrix, quando illam cum filia Weissenborn Gerardus Archiep. Mog. coenobio Gerodensi uniebat. N. XI.

De

y) Vocabulum Asla versum est in Orschel.

Digitized by Google

De Ecclesia parochiali in Gerode, antequam monasterium ibi constitueretur, Adalbertus Arch. Mog. sic ait: insuper quia popularis ecclesia in Geroda est, episcopali hanc illi autoritate justiciam remittimus, ut Clericus a solo Abbate constitutus altare a Corepiscopo accipiens in omnibus solum Abbatem respiciat. GUDEN. T. I. p. 62.

Monasterii Gerodensis O. S. B. fundamenta jecerunt duo Comites Widelo pater et Rudigerus filius e gente Bilsteinia saeculo undecimo aut sub initium duodecimi. Transiit deinde, quo titulo nescitur, in jus Marchionis Stadensis Rudolfi, cujus vidua Riggardis multum auxit bona monachorum et cum consensu filiorum Ecclesiae Moguntinae donavit an. 1124. Extinctum est an. 1803 die 12. Martii a FRIDERICO WILHELMO rege Borussorum, sub Abbate Edmundo Otto die 17. Aprilis an. 1805 apoplexia tacto. Quam acerbum ei fuerit videre, se nec sibi, nec suis novum templum tantis sumptibus et curis aedificasse, quivis facile intelliget z).

Ohmfeld et Kirchohmfeld jam anno 1624 confessioni augustanae adhaerentes a sede Kirchworbes avulsae sunt. Curiones designantur a perillustri Gente de Winzingerode.

Rüdigershagen etiam confessionem augustanam suscepit. Anno 1305 occurrit Rodegerus plebanus de indagine. GUDEN. *cod. dipl. Beur.* N. XII.

Ecclesiae desolatae.

Wendelenrode Ecclesia parochialis quondam fuit. E. G. LB. S. 121. Apertae sunt notae pristini coemeterii.

Hugenworbes. In campis villae deletae locus quidam vocatur: der Kirchhof.

§. 9.

z) Consecratum est mense Augusto an 1807 a Joanne Maximiliano de Haunold, Episcopo Emauntino et Suffraganeo Erfurtensi.

Digitized by Google

§. 9.

Sedes Erschhausen.

Erschhausen Ecclesia parochialis SS. Philippi et Jacobi.

Lehne Ecclesia fil. omnium Sanctorum.

Misrode Ecclesia fil. S. Martini.

Martinfeld Ecclesia paroch. S. Ursulae. Nobiles de Bodungen et de Tastungen altercantur de jure patronatus. *Ita Commiss. Jagemann.* Certum est Christophorum de Tastungen an. 1452 hoc jus habuisse, quod autem Adolfus Comes de Nassau Canon. Mog. et Archisatrapa Eichsfeldiae in Dietericum de Gerwershausen transtulit. N. LXI.

Berntroda Ecclesia fil. S. Cyriaci.

Bartloff Ecclesia paroch. SS. Petri et Pauli.

Willbich Ecclesia fil. S. Magdalenae.

Geismar Ecclesia paroch. S. Ursulae. Jus patronatus parthenon Annarodensis a Canonicis Heiligenstadiensibus an. 1357 sibi acquisivit. *E. G.* I. B. N. XCIX.

Bebendorf fil. modo templo caret, habebat autem proprium an. 1381, quod una cum villa Eckhardus et Henricus de Proyse cum reliquis fratribus de Proyse monasterio Annarodensi vendebant. *E. G.* II. B. N. LV.

Döringsdorf Ecclesia fil. Hic in hyeme divina peragit parochus, quibus et Bebendorfenses intersunt, in aestate accedunt ad montem adjutorii.

Töpfer Ecclesia fil. Haben die von Hanstein einem lutherischen Praedicanten eingeräumet. *Ita Commiss. Jagemann.*

Ecclesia in monte S. Salvatoris, seu adjutorii aedificata est post annum 1360, et an. 1367 vel paulo ante consecrata ab Alberto de Bichelingen Episcopo Yppusensi. Adstructa fuit veteri sacello, quod Collegium Canonicorum Heiligenstadiensium

sium monasterio Annarodensi pro alia Ecclesia cessit an. 1357. *Meine krit. Abhandl. über den Hülfensberg* S. 36 u. ff. Beilage N. I.

Sacellum cum eleganti altari sumptibus Christiani Landgravii erecto, in quo sacra synaxis distribui sc'et. *Ebend.* S. 14.

Lengefeld Ecclesia paroch. Nativ. B. M. V. olim de collatione Principum Hassiae wegen des Klosters S. Cyriaci in Eschwege *a*). *Ita Commissarius Jagemann.*

Faulungen Ecclesia fil. S. Martini.

Hildebrandshausen Ecclesia fil. Invent. S. Crucis.

Ecclesia conventualis S. Aegidii monasterii Zellensis O. S. B. aedificata an. 1631. Quo tempore et quo auctore monasterium surrexerit, nescitur, quod omnes veteres chartae Mulhusii in aedibus ejusdem parthenonis, ubi securitatis causa fuerant depositae, fatali urbis incendio an. 1649 conflagrarint. Quod fama fert de insigni quodam Latrone de Tastan, quem conversum volunt et in specu montis proximi habitasse, fabulam sapit. Veritati propius est, aliquem sive comitem sive virum nobilem Saeculo undecimo mediis in sylvis coenobio Zellensi locum parasse.

Sacellum in monte S. Annae tribus altaribus instructum 1714, quod per aestatem ab accolis ibi vel orantibus, vel sacrum audientibus frequenter invisitur, ipso autem die S. Annae tantus populi confluxus est, ut plures sacerdotes excipiendis peregrinantium confessionibus vix sufficiant.

Diedorf Ecclesia paroch. S. Albani, de collatione Decani Borsellensis *b*). *Ita Commissar. Jagemann.*

Sacel-

a) Verosimiliter hic intelligitur Abbatia illa in urbe Eschwegensi sita, de qua GUDENUS *cod. diplom.* T. I. p. 536. ad an. 1235. Illa suppressa (1527) jus patronatus sibi vindicavit PHILIPPUS Hassiae Landgravius, quomodo ad Archiepiscopum Mogunt venerit, mihi non constat.

b) In majore Borsla ad Werram fuit Collegium Canonicorum ad S. Bonifacium, quod post an. 1650 Princeps Fuldensis venditis bonis Fuldam transtulit.

Digitized by Google

Sacellum S. Sepulchri, in quo depositio Christi a cruce exhibetur. Ferunt statuas Nicodemi, Josephi de Arimathia et piarum mulierum antiqui operis, Isenaco an. 1607, studio dominorum de Harstall huc esse translatas. Iidem Sacellum istud an. 1728 exstrui curarunt, a suffraganeo Erfurtensi Christophoro Ignatio de Gudenus die 7. Junii 1733 dedicatum.

Heigenroda Ecclesia fil. S. Cyriaci de collatione monasterii Zellensis *c*). *Ita Commiss. Jagemann.* Parochia facta est an. 1800.

Catharinenberg Ecclesia fil. S. Magdalenae. Frequentari solebat mons S. Catharinae et oblationibus honorari, quarum partem Uriel Arch. Mog. an. 1512 sanctimonialibus Annarodensibus cessit. *E. G.* II. B. N. LXXXIV.

Wendehausen Ecclesia fil. S. Bonifacii. separata est a matre Diedorf an. 1695 proprium nacta parochum Fundatore Georgio Friderico Gudenus, cujus posteri patroni sunt. Consecrata est nova ecclesia an. 1724 a Joachimo Hahn Episcopo Metellopolitano, suffraganeo Erfurtensi.

Wiesenfeld Ecclesia paroch. SS. Petri et Pauli, de collatione nobilium de Hanstein. *Ita Commiss. Jagemann.*

Schwobfeld Ecclesia fil. omnium sanctorum.

Dieteroda Ecclesia fil. S. Georgii.

Crombach Ecclesia fil. S. Bartholomaei.

Rislungen Ecclesia fil. facta mater nostra aetate.

Kella Ecclesia paroch. S. Martini.

Sickeroda Ecclesia fil. SS. Simonis et Judae.

Pfaffschwenda Ecclesia fil. S. Bartholomaei, nunc paroch.

Volkeroda Ecclesia fil. S. Michaelis.

Sacel-

c) Dubito, an Abbatissa Zellensis hoc jus annis abhinc 50 exercuerit.

Sacellum B. M. V. in Hagis vel Haynicken prope arcem Gleichenſtein. Interciderunt de eo vetera literarum monumenta, recentiora haec perhibent: quoniam circa hos annos frequentari coepit peregrinatio in feſto Viſitationis Mariae ad Sacellum prope Gleichenſtein, vocavit nos primum eo arcis praefectus, ut concionando et audiendo confeſſiones populi pietatem foveremus ac juvaremus. *Mſt. Collegii Heiligenſt. ad an.* 1597. Non procul a monte adjutorii, Deiparae eſt Sacellum in rubo poſitum, unde et nomen habet religione quondam celebre, ſed multis jam annis celebrari deſitum. Miſſi duo ſacerdotes non absque fructu &c. &c. *Annuae Collegii Heilig. ad an.* 1598.

Eccleſiae deſolatae.

Eſcherichsrode. Folradus et Hertacus de Kirchberg fratres monaſterio SS. Petri et Pauli prope Erfordiam, ubi regulam S. Benedicti profitebantur, Sacellum in Eſcherichsrode cum tribus curiis et ſeptem manſis an. 1146 dono dederunt. *Schannat Vindem. litter. Coll.* 2. p. 3.

Roiterode vel Ruterode. Collapſae eccleſiae rudera inter Berntrodam et Aſcherodam etiamnum videre eſt.

Keſslingerode inter villas Hildebrandshuſam et Wendehuſam. Accolae internoſcunt aream caemeterii.

Sacellum S. Georgii in veteri caſtro Biſchoffſtein, quod Cornelius Gobelius Epiſcopus Aſcalonenſis ſuffraganeus Archiepiſcopi Mog. die 11. Maji an. 1611 conſecravit. *E veteri Mſto.*

§. 10.

Sedes Kirchgander.

Kirchgandera Eccleſia paroch. S. Martini. Die Hälfte des Zehnden hat der Braunſchw. Prädicant zu Hottenrode hinweggenommen. *Ita Commiſſ. Jagemann.*

Hohen-

Hohengandera Ecclesia paroch. S. Bartholomaei.

Rustefeld Ecclesia paroch. SS. Petri et Pauli, olim de collatione nobilium de Stockhausen. *Ita Commiss. Jagemann.*

Ptochotrophium Osburgianum, conditum a duobus fratribus in loco natali, cum beneficio simplici an. 1759 fundato, quod presbytero beneficium curatum non habenti conferendum est.

Mart Ecclesia fil. S. Aegidii. Hic et in sacello domus Rustebergensis divina alternis vicibus celebrantur.

Arendshausen Ecclesia fil. S. Matthaei. An. 1454 proprio utebatur parocho, modo subest Hohenganderano.

Rohrberg Ecclesia paroch. S. Pancratii. Jus patronatus perillustris gens de Bodenhausen sub finem saeculi XVI. videtur amisisse propterea, quod noluerit praesentare parochum catholicum. N. LXXXIII.

Freienhagen Ecclesia fil. S. Joannis Baptistae.

Schachtebich Ecclesia fil. S. Magni. Quam celebris olim fuerit, testantur Annales Collegii Heiligenstad. ad an. 1603: . . . altera supplicatio ducta est a tota juventute ad D. Magnum in Schachtebach, quod quidem templum annis jam plurimis neglectum ac profanatum ab haereticis, opera P. Ludovici, licet olim frequentibus visitationibus ac oblationibus perquam Sacrum Catholicis, religioni, nitori ac suis usibus est restitutum ac innovata processione honoratum.

. . . Sacerdos noster in D. Magni Ecclesia tantum effecit, ut accolae loci, lumine catholicae veritatis capti, ritu veteri vivere et credere inchoarint, nihilque prius habent, quam veteris sui templi ruinas restaurare, sacramque supellectilem collectis undique subsidiis ac ornamenta Ecclesiae reparare. Fama rei denique ad Reverendissimi nostri aures perlata rem prope confecit, assignavit is, quando alios omnes reditus haeresis avertit, maldera frumenti annua septem ad sarta tecta hono-

remque domus ſacrae conſervanda. *Annuae ejusdem collegii impreſſae* ad an. 1603.

Anno 1800 Schachtebich eccleſiis parochialibus adſcripta filiam habet Burgwald.

Streitholz Eccleſia fil. S. Joannis Evangeliſtae.

Birckefeld Eccleſia paroch. S. Leonardi.

Thalwenden Eccleſia fil. S. Martini.

Schönhagen Eccleſia fil. S. Michaelis.

Gerbichshauſen Eccleſia parochialis S. Joannis Baptiſtae.

Rimpach Eccleſia fil. Matris doloroſae. An. 1454 a proprio regebatur parocho.

Wüſtheuteroda Eccleſia paroch. S. Bonifacii.

Rörich Eccleſia fil. S. Eliſabethae.

Mackenroda Eccleſia fil. S. Martini, exempta fuit an. 1806 a matre et filiam nacta eſt Einſtruth.

Eynſtruth Eccleſia fil. omnium Sanctorum.

Walehauſen Eccleſia paroch. quam occupant Lutherani Praedicantes ex intruſione nobilium de Hanſtein. *Ita Commiſſ. Jagemann.* Walehauſen iſt bis 1555 von Allendorf aus verſehen worden; in der Folge haben die von Hanſtein einen eigenen Prediger beſtellt. LEDDERHOSE *Heſſ. Kirchenſtaat* S. 163.

Fretteroda Eccleſia fil. SS. Petri et Pauli. Villam Fridewarderoth cum Eccleſia, mancipiis et omnibus utilitatibus nobilis quaedam Domina Lucia monaſterio Helmershuſano dedit. *E. G.* I. B. S. 81. Incolae catholici utuntur parocho Gerbichshuſano.

Diezenroda Eccleſia fil.

Widerolthauſen Eccleſia paroch. occupata ſimiliter a praedicantibus una cum filiabus Neuſeſſen et Lindenwerra. *Ita Commiſſ. Jagemann.*

Eccle-

Digitized by Google

Ecclesiae desolatae.

Friederichshausen Ecclesia paroch. non procul a Bornhagen sita. Hermannus plebanus an. 1336 subscripsit emptioni unius mansi, quem Joannes de Hanstein emerat. *E. G.* I. B. S. 130.

Ecclesia paroch. in Castro Rusteberg. In literis an. 1317 *d*) et an. 1323 reperitur Joannes Plebanus in Rusteberg *e*). Wiltherum plebanum ibidem habes p. 17.

Sacellum S. Michaelis in vertice montis Rusteberg pridem collapsum est.

Sacellum in Castro Hanstein. Martinus de Hanstein an. 1417 altare magni pretii ibi exstruxisse perhibetur. *Gegründete Nachricht von dem Hanstein. Geschl.* §. 15.

§. 11.

Sedes Duderstadt.

Duderstadt Ecclesia paroch. S. Cyriaci. Jus patronatus antiquis temporibus Abbatissae Quedlinburgenses *f*), postea Duces Brunsvicenses et Electores Moguntini exercuerunt *g*). Transiit unione facta per Papam Paulum II. ad Ecclesiam collegiatam S. Martini Heilig. an. 1469. N. LXV. Repetiit autem Albertus Cardinalis et Archiep. Mogunt. an. 1525, extincto et diviso inter Canonicos Heiligenstad. uno Canonicatu N. LXXIII. LXXVI.

Vicaria

d) *Eichsfeld. Gesch.* I. B. N. LXXXVII.

e) GUDEN. T. III. N. CLIII.

f) Ab ERATH. *cod. dipl. Quedlinb.* N. LXXI.

g) *Duderst. Gesch.* N. II. et XXVIII.

Vicaria S. Martini de collatione patriciorum Milges et haeredum, nunc parochi Duderstadt. *Ita Commiss. Jagemann.* Fundata est cum consensu Ducis Brunsvicensis a Joanne de Immingeroda et Joanne Amilii civibus Duderstad. an. 1322. *Gesch. der Stadt Duderstadt* S. 251.

Vicaria S. Joannis Evangelistae est monumentum pietatis Joannis Alber civis Duderstad illam 1332 instituentis, cujus provisio parocho committebatur. *Ebendas.* Urk. N. XXVIII.

Vicaria S. Thomae a patriciis ab Hagen instituta, quam Andreas Georgius ab Hagen an. 1656 Magistro Sebastiano Finke parocho Sulingensi contulit. *Ebendas.* Urk. N. CV.

Vicaria S. Jonn. Baptistae, quo nescitur tempore excitata rogatu Commissarii Herwici Böning a Lothario Francisco Arch. Mogunt. in Ecclesiam B. M. V. translata est. *Ebendas. S.* 252.

Vicaria S. Erasmi occurrit in diplomate ined. an. 1474. . . . Bernshusen Eck Wernher Vicarius des Altars S. Erasmi in Sente Ciriacus-Kerken bekenne &c. &c.

Vicaria S. Catharinae de collatione monasterii Teistungenburg. *Ita Commiss. Jagemann.*

Beneficium S. Mariae Magdalenae ist der Kammer incorporirt. *Ita Commiss. Jagemann.*

Ecclesia paroch. S. Servatii. Ante an. 1236 verosimiliter aedificatum est Sacellum S. Servatii, an. autem 1437 illud rogatu civium in Ecclesiam parochialem evexit Theodericus Arch. Mogunt. et fines novae parochiae descripsit. GUDEN. T. IV. N. XCIX. *Duderst. Gesch.* S. 104.

Vicaria SS. Apostolorum Petri et Pauli provenit an. 1365 a liberalitate Joannis Hemmering presbyteri, jure patronatus seniori familiae reservato. *Ebendas.* N. XLVII.

Vicaria S. Michaelis. Auctor quidem ignotus est, constat autem e literis authenticis, an. 1470 Conradum Wichenandum fuisse Vicarium ad S. Michaelem. *Ebendas.* S. 266.

Vica-

Digitized by Google

Vicaria SS. Jacobi et Sebastiani. Adolfus Arch. Mog. annuebat an. 1469 die 20. Martii, ut Albertus Bodeker, civis Duderstad. novum hoc altare erigi curaret. *Ebendas.* N LXXI.

Vicaria S. Georgii. De illa Philippo Morick, post obitum Georgii ab Hagen prioris possessoris, Daniel Arch Mog. an. 1560 die 10. Martii providit. *Ebendas.* N. LXXXIII.

Ecclesia seu Sacellum B. M. V. una cum domo pauperum peregrinantium an. 1442 ab Henrico Sothen parocho aedificatum traditur. BARKEFELD. *Chron. Saecul. XV.* §. III. Illam Joan. Daniel Gudenus Episcopus Anemoriensis, suffraganeus Arch. Mog. an. 1681 die — Jul. iterum consecravit. GUDEN. T. IV. p. 836.

Vicaria B. M. V. in suburbio de collatione familiae Bunsen. *Ita Commiss. Jagemann.*

Monasterium Virginum Ursulinarum, quarum officium est parvulas puellas in scholis suis erudire, et Adolescentulas habitationem et victum petentes suscipere ac instruere artibus sexum muliebrem decentibus. Originem dedit annus 1700, quo die 22. Octob. primum monasterii lapidem posuit Commissarius Herwicus Böning et Virgines Ursulinas Erfurto huc missas in possessionem induxit *h*). Ad aedificandam domum Senatus bis mille florenos dedit, Franciscus Lotharius Arch. Mog. Ecclesiam B. M. V. attribuit praeter definitum frumenti annui et ligni numerum, Commissarius vero per totam vitam egenas virgines omnibus modis juvit.

Altare S. Mauritii in praetorio, cujus Patronus erat Senatus. Illud Daniel Arch Mog. an. 1563 Alexandro Kindervater contulit vi indulti apostolici, quia prior Vicarius Bertoldus Herdegen mense apostolico mortuus fuerat *i*). Alexandro successit Rudolphus Iring 1573 sine successore. *Ebendas.* S. 277.

Sacel-

h) *Duderst. Gesch.* S. 269 u. ff.

i) *Ebend.* N. LXXXV.

Digitized by Google

Sacellum S. Spiritus extra portam lapideam, vetusta fundatio, cujus initia incomperta sunt *k*). Novum altare B. M. V. et S. Matthiae an. 1368 die 9. Aprilis Joannes Herdegen, civis Duderstad. ibi erexit, qui sibi suisque haeredibus jus vicarium nominandi reservavit. N. XLIII.

Sacellum S. Martini extra portam Westerodanam. Primi conditores in oblivionem venerunt, constat autem, an. 1443 novum Sacellum cum domo Leprosorum esse constructum *l*). Illi Eberhardus civis Duderstad. centum florenos Rhenanos an. 1448 legavit, ut singulis hebdomadibus tres missae celebrarentur. *Duderst. Gesch.* N. LXVII.

Tifftlingeroda Ecclesia fil. S. Nicolai.

Westeroda Ecclesia paroch. S. Joannis Baptistae. Hedhenricus rector ecclesiae an. 1281 memoratur *m*). Jus patronatus Henricus Dux Brunsvicensis Canonicis polidensibus ord. praemonst. an. 1295 donavit. LEUCKFELD *antiq. pöld.* p. 66.

Eckelingeroda Ecclesia paroch. S. Valentini confertur a perillustri gente de Westernhagen.

Brema Ecclesia fil. B. M. Virginis assumptae.

Langenhagen Ecclesia fil. S. Laurentii, modo obnoxia est matri sequenti.

Fuhrbach fil. S. Pancratii. Dotationem Sacelli Fuhrbacensis factam per Eckbertum Abbatem Gerodensem confirmat Petrus Arch. Mog. an. 1308. N. XX. Jus patronatus Otto de Rusteberg tanquam feudum ab Heissone Comite Lutterbergensi collatum possidebat, quo consentiente illud Parthenoni Teistungenburg. an. 1390 dedit. An. 1407 accessit etiam consensus Adelheidis Abbatissae Quedlinburg. Ab ERATH. *cod. diplom.* N. CCCCXXXI. et N. XXIV. p. 646.

Brocht-

k) Ebendas. S. 272. *l*) N. LVIII.
m) *Eichsfeld. Gesch.* I. B. N. XLXIX.

Digitized by Google

Brochthausen Ecclesia fil. S. Georgii. Thilo Wolf villam Brochthausen cum jure patronatus Senatui Duderstadiensi an. 1429 vendidit. Conradus Arch. Mog. praedium istud an. 1433 civitati Duderstad. jure fiduciario conferens, reservato sibi jure dimidiam partem redimendi, excipiebat jus patronatus Ecclesiae Brochthusanae penes Senatum D. mansurum. *Duderst. Gesch* N. LIX. LXI.

Neuendorf fil. S. Nicolai subjecta Ecclesiae Nesselredensi n).

Immingeroda Ecclesia paroch. S. Joannis Baptistae. Patroni sunt perillustres Domini de Uslar, qui hoc jus jam an. 1483 tenuerunt ab Ecclesia Quedlinburgensi. Ab ERATH. *cod. diplom.* N. CCXCV.

Beskendorf Ecclesia fil. S. Nicolai. Patroni erant multi, e quibus Joannes, Ludegerus, Wedekindus, Wasmodus et Bruno de Stopenhagen partem octavam juris patronatus monasterio Teistungen an. 1300 donabant. N. XIV. Monasterium cessit Ecclesiam Beskendorf an. 1331 die 10. Febr. Abbatissae Quedlingenb. in compensationem aliorum bonorum. KETTNER *Antiq. Quedlinb.* p. 455.

Teistungen Ecclesia paroch. S. Andreae apostoli. Bruno de Marchia novam hic Ecclesiam aedificavit, quam Conradus Arch. Mog. an. 1189 a matrice (verosimiliter Teistungenburg) liberam fecit o). Illam univit monasterio ejusdem nominis Gerardus Arch. Mog. an. 1294. N. XII.

Teistungenburg Ecclesia parochialis SS. Petri et Pauli. Fundus ecclesiae spectavit ad nobilem gentem de Bodenstein p) uti et jus patronatus, cui Albertus de B. in gratiam coenobii Teistungenb. an. 1307 renunciavit. N. XVII.

Sacel-

n) Pertinebat ad Archidiaconatum Nortunensem.

o) *Eichsfeld. Gesch.* II. B. N. XII. p) Diplom. N. II.

Sacellum in eodem loco, fpectans ad Abbatiam Quedlinburg. Ab ERATH. *cod. diplom.* N. LXXI.

Monasterium Teistungenburg Virginum ord. cisterc. matrem agnofcit coenobium Bürenfe. Inde pars Virginum ante annum 1260 fub obedientia Abbatiffae et praepofiti fui Bürenfis, ad Ecclefiam Teiftungenburgenfem fe contulerat, quod anguftia domus non omnes Virgines caperet *q*). Inceptum ratum habuit Arch. Mog. Wernerus et literas defuper an. 1265 datas ad Abbatiffam et conventum direxit *r*), unde colligere eft, novum coetum, pro feparato monafterio a Wernero effe habitum. Ejus paupertatem an. 1270 fublevavit eximia liberalitas Gertrudis Abbatiffae Quedlinburgenfis illi Sacellum in Teiftungenburg infigniter dotatum conferentis. KETTNER *Antiq. Quedlinb.* p. 301.

Gerblingeroda Ecclesia Nativ. B. M. Virginis. Incolae divinis intereffe debent in Ecclefia parthenonis Teiftungenburg et praepofitus eft illorum parochus.

Vicaria 10,000 *militum martyrum* a patriciis de Sothen an. 1354 fundata traditur, fic autem in reditibus fuis erat accifa an. 1420, ut Hermannus Molitoris Magifter Curiae monafterii Teiftungenburg illam reftauraret, refervato fibi et fucceſſoribus fuis jure patronatus. N. LII.

Altare S. Michaelis per teftamentarios Joannis Klinkhard presbyteri, confentiente coenobio Teiftungenb. eft dotatum et ufus ejus permiffus Calendariis fedis Duderftadt. an. 1474. N. LXVII.

Beneficium S. Annae. Magdalena Sabina ab Horn Abbatiffa Teiftungenb. praefentabat die 21. Maji an. 1689 Simonem Pfafferoth parochum Teiftungenfem, quem Commiffarius Böning die 4. Jun. inveftivit. *E veteri Msto.*

Berlin-

q) *Eichsfeld. Gesch.* II B. N. V.
r) Diplom. N. V.

Berlingeroda Ecclesia paroch. S. Stephani. Jus patronatus possident perillustres Domini de Westernhagen. Henricus, Burkardus et Theodericus de W. parocho Berlingerodano aliquot mansos tribuunt ad erigendum novum altare an. 1352. N. XXX. Hanc dotationem confirmat Gerlacus Arch. Mog. an. 1360. N. XXXV.

Hundeshagen Ecclesia fil. S. Dionysii. Conradus miles et Hermannus de indagine per mutationem acquisierunt jus patronatus an. 1282. En testes literas:

Nos Conradus miles et Hermannus dicti de indagine consanguinei et affines tenore presentium recognoscimus et dilucide protestamur, quod in recompensam et restaurum juris patronatus *Ecclesie in Hundeshagen filie Ecclesie in Teistingeborch*, quod videlicet jus patronatus Prepositus et Sanctimoniales Ecclesie Teistingeborch jam prenominate maturo usi consilio et tractatu diligenti prehabito nobis et heredibus et fratribus nostris liberaliter contulerunt in allodio nostro Immingerod unum fertonem argenti examinati eisdem scilicet preposito et conventui in annuis reditibus cum consensu omnium heredum nostrorum et fratrum conferimus ac largimur, reservantes nobis optionem, ut si placuerit nobis, possimus infra annum fertonem hujusmodi in alio loco redituum nostrorum prefato conventui assignare vel potius declarare. In cujus rei testimonium sigillorum nostrorum munimine roborare decrevimus presens scriptum. Testes sunt Prepositus Dominus Gheveno de Büren, Conradus Plebanus de Duderstat et Dominus Godefridus Vesevoren Sacerdotes, Hugo de Mareke, Ernestus de Westhusen, Bertoldus de Halle, Johannes Senftemann, Johannes Hemmering et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini MCCLXXXII. in Crastino Tyburcii et Valeriani martyrum.

Fernde Ecclesia fil. S. Joannis Baptistae.

Wehnde Ecclesia paroch. Albertus Comes de Gleichenstein assentiente Rudolpho de Bodenstein an. 1281 parthenoni

Digitized by Google

noni Teiſtungenburg jus patronatus donavit *s*), cui ipſam Eccleſiam Gerardus Arch. Mog. an. 1294 univit. N. XII.

Taſtungen Eccleſia paroch. Joannes ſacerdos in Aſthungen inter teſtes legitur an. 1238 *t*), jus patronatus nomine feudi Quedlingenburgenſis an. 1483 habuit perilluſtris gens de Uslar. Ab ERATH. *cod. dipl. Quedlinb.* N. CCXCV. Duae poſtremae habent parochos proteſtantes.

Eccleſiae deſolatae.

Oſternhagen Eccleſia S. Pancratii habens vicariam S. Catharinae, ad quam obtinendam Henricus de Oſternhagen Nicolaum Fromkind Praepoſito Heiligenſtadienſi commendabat an. 1484. *E. G.* II. B. N. LXXIX.

Weſternhagen Eccleſia paroch., cujus rector an. 1391 erat Joannes Boddeker. Eodem anno Joannes, Hermannus et Bertoldus de Weſternhagen et parochus praefatus augebant reditus vicariae S. Catharinae in Weſternhagen. N. XLII.

Sacellum in arce Weſternhagen. Vicarius S. Catharinae l. c. jubetur in pago Weſternhagen habitare et miſſas legere vel in eccleſia parochiali, vel in arce. Ibid.

Wildungen Eccleſia paroch. Anno 1572 Antonius de Weren deſignabatur parochus Wildungenſis a Ludolfo de Uslar. N. LXXX.

§. 12.

Tractus Haſſiae ad Archidiaconatum Heiligenſtadienſem pertinens.

Sedes Archipresbyterorum in Haſſia Archidiacono Heiligenſtadienſi ſubditorum cum mihi ignotae ſint, ea ſaltem quae de

s) *Eichsfeld. Geſch.* I. B N. XLIX.

t) GUDEN. *codicill. diplom. Beur.* N. II.

de urbibus Allendorf et Witzenhausen reperi, hic commemoranda sunt.

Allendorf Ecclesia paroch. S. Nicolai incendio hostili an. 1637 deleta est.

Ecclesia S. Crucis. Vetus inscriptio: hoc opus inceptum fer: quarta Sti. Urbani MCCCCXXI. indicat initium structurae. In hac Conradus Gyseler an. 1489 Vicarius erat altaris omnium Sanctorum. KOPP *von den Salzwerken in den Soden.* S. 2. Tertia Ecclesia inserviit salinariis.

Non est dubium, quin villae sequentes: Soodem, Weiden et Ahrenberg, Ellershausen, Hilgershausen et Vollungen, Dudenrode, Cammerbach, Orferoda, Hitzerode, Trubenhausen, Weissenbach, Uensterode, Abterode, Wellingerode, Weidenhausen, Vockerode, Frankenhayn, Frankershausen et Schafhof, Wölfterode et Albungen suum habuerint Archipresbyterum.

Germerode monasterium Virginum ord. praemonstrat. Secundum regulam S. Augustini viventium, conditum a Ruckero Comite de Bilstein, sub Lucio Papa et confirmatum a Papa Coelestino III. an. 1195 *u*). KUCHENB. *Anal. Hass. Coll.* IX. p. 148.

Witzenhusia Ecclesia paroch. S. Catharinae an. 1364 novo Collegio Canonicorum ad S. Martinum in urbe Cassel a Landgravio Henrico ejusque filio Ottone donata est *v*), quam donationem Urbanus IV. Papa per Ludovicum Episcopum Halberstadiensem ratam habuit *w*). Canonici Casselenses hanc parochiam deinceps Vicario perpetuo regendam commiserunt, qui

u) Insignis error calculi est apud KUCHENB. *Bullam Coelestini* ad an. 1114 referentem, quo ordo praemonstratensium nondum extabat, multo minus Papa aliquis Coelestinus vocabatur. Non alius, nisi Coelestinus III. Germerodensem familiam in tutelam suscipere potuit, cujus annus quintus pontificatus cum anno 1195 concordat.

v) KUCHENB. *Annal. Hass. Coll.* V. p. 30.

w) Ibid. p. 32.

Digitized by Google

qui ei ex praefcripto Hermanni Landgravii (1383) feptem marcas fingulis annis folvere debebant *x*). Hanc difpofitionem Conradus II. Archiep. Mog. an. 1393 confirmavit *y*). Fuit et Witzenhufiae

Coetus Religioforum Wilhelmitarum z) prope portam lapideam a quo nefcio, congregatus faeculo decimo tertio. Albertus Arch. Mog. iis Ecclefiam parochialem in Almerode an. 1518 addixit *a*). Hanc, amiferunt Philippo Haffiae Landgravio religionem catholicam in ditionibus fuis abolente, qui domum Wilhelmitarum cum bonis Craftoni de Bodenhaufen an. 1533 quater mille imperialibus vendidit, pactus fibi poteftatem vendita redimendi. LEDDERHOSE *kl. Schrif.* V. Band. S 314. note c.

Sacellum S. Michaelis memoratur in literis Craftonis de Bodenhaufen an. 1536, quo nofcomio 200 aureos (Goldgulden) donabat. N. LXXV.

Praeter urbem Witzenhufanam villas Blickershaufen, Ziegenhagen, Ziegenberg, Ermfchwerd, Stiedenrode et Hubenrode, Kleinallmerode, Ellingerode, Wendershaufen, Dorenbach et Fahrenbach, Rosbach, Rückerode et Hundelshaufen, et Oberrieden Archidiaconatui Heiligenftadienfi accenfendas effe putamus.

x) Ibid. p. 53. *y*) Ibid. p. 59.

z) Wilhelmus parens ordinis Wilhelmitarum poft eremiticam vitam in Stabulo Rhodis in Etruria Sancte actam mortuus fcribitur an 1157. Adfcriptus eft Catalogo Sanctorum ab Innocentio III. an. 1202. Ejus affeclae domicilia habuerunt in Alfatia, Spirae, Wormatiae et Moguntiae &c *Commentarius Hiftor. Hagiographorum Antwerp. de ordine Eremitarum S. Guilielmi ad diem X. Febr.* p. 472 et feqq.

a) JOAN. *Rer. Mog.* T. I. p. 826.

EMENDANDA.

p. 21. lin. 21. lege factae pro facti.
p. 30. lin. ultima lege structuram pro structura.
p. 32. lin. 14. lege inventae pro exaltatae.
p. 33. lin. 11. adde paroch.

Digitized by Google

DIPLOMATA.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

Conradus custos Heiligenstadiensis pro decimatione in Azelenrode recipit ab Abbate Reifensteinensi quatuor maldra avenae 1212.

In nomine domini amen. Ego *Conradus Heiligenstad. Ecclesie custos* universis presentium inspectoribus cupio esse notum, quod quia propter temporis malitiam incerti erant redditus custodie ecclesie Heyligenstad. quos ipsa custodia in villa *Azelenrode* *) obtinebat, ego de consensu et voluntate domini *Arnoldi prepositi* et capituli ecclesie jam dicte conveni cum D. Abbate et conventu monasterii de Ripheustein et etiam acceptavi ut Abbas et conventus predicti singulis annis quatuor maldra avene ipsi custodie solvant in perpetuum in omnem eventum pro decimatione, que de villa eadem prefate custodie consuevit persolvi. Quocunque tamen anno tanta fuerit sterilitas aut hostilitas, quod de agris decimalibus non potuerint implere modium mulbusensis mensure, tunc nec ipsi ad Solutionem dicte avene aliquatenus tenebuntur. In hujus ordinationis evidentiam presentem paginam procuravi dari Abbati et monasterio memoratis, Dni prepositi et capituli ecclesie mee Heyligenstadiensis, qui in hoc consenserunt, sigillorum munimine roboratam. Actum et datum II. Kalend. Februarii anno gratie M°CC° et XII.

II.

Gunzelinus de Bodenstein monasterio Bürensi vendit dimidium fundi ecclesiae Teistungenburgensis 1261.

Gunzelinus de Bodenstein omnibus presens scriptum inspecturis salutem. Noverint universi, quod de consensu omnium heredum et

*) Vastata in finibus villae Bobersteds.

et filiorum meorum ſcilicet Alberti, Gunzelini clericorum, Burchardi militis Baſilii, Eckeberti, Hermanni, Erneſti iſendrud filie eccleſie in Büren, Bruningo prepoſito ejusdem loci promovente *vendidi medietatem fundi ecleſie in* Teiſtincgeborch, quam emeram ab heredibus Dni Konradi de Bodeſlen, ut autem hec emptio clauſtri jam dicti incommutabilis perſeveret, mei ſigilli munimine Ludoldi Plebani, Brunonis advocati et burgenſium in Duderſtadt preſentem feci paginam communiri. Hujus rei teſtes ſunt ſacerdotes Luderus in Weſterrod, Bartholus in Minnigherode, ohtravinus in Teiſtincgeborch, Ludolfus, Wedego capellani in Duderſtat. Milites Conradus et Hermanus et filius ſuus Bruno de indagine, Gerhardus corrigia, Helevic de Geveldehuſen in Duderſtat. Milites Hunoldus, Theodericus in Wackenhuſen et Burgenſes jam dicte civitatis, Erneſtus, Emeco Johes parvus de cellario, Hildebrandus, Johes Carpo, Amilius, Wedekindus, Rumundus, Henricus de indagine et alii quam plures. Acta ſunt hec anno ab incarnatione Dni milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo.

III.

***Conventio inter capitulum Eccleſiae Heiligenſtad. et Monaſterium Reiſenſtein de decimatione in Beveſtete* 1262.**

In nomine domini amen. Nos *Magiſter Hellemboldus Scholaſticus* et totum capitulum eccleſie heiligenſtadenſis recognoſcimus et publice proteſtamur, quod ad amputandam queſtionis et controverſie materiam, que inter nos et viros religioſos Abbatem, Priorem et conventum monaſterii de Ryphenſtein ſuper ſolutione decimationum in villa *befeſtete* ſuborte ſunt hactenus, et in futurum poterant ſuboriri, in certam ad ſolvendas decimationes hujusmodi formam convenimus cum eisdem ita videlicet, quod ipſi nobis et eccleſie noſtre pro tota decimatione predicte ville duntaxat VII. maldra avene mulhuſenſis menſure in perpetuum ſingulis annis ſolvant, quibus de agro poterit colligi vel repleri ſtramine modius menſure jam dicte in campis ville ſuperius nominate. Quodſi hoſtilitate vel alio caſu

casu agri deserti fuerint et inculti, tunc ad solutionem dicte avene Abbas et conventus jam dictus minime tenebuntur, donec agri iterum excoluntur; in villa autem Besestete et non alias saepe dictam avenam congruo tempore nostro nuntio presentabunt. In hujus autem rei evidentiam presentem eis paginam dedimus, quam venerabilis viri *Arnoldi Dni Scholastici Mogunt. Prepositi nostri* et eclesie nostre sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec de communi nostro consensu, Henrico novi et Henrico veteris opidi in Heiligenstat, eclesiarum Plebanis, Friderico de Biscopheshusen, Henrico dicto Surbir clericis, Johanne dicto surbir, Henrico Urloige Laicis, et aliis quam pluribus presentibus. Anno gratie MCC. LXII. XVII. Kalendas Januarii.

IV.

Arnoldus Praepositus Heiligenst. monasterio Reisenstein bona ecclesiae in Bevestet et curam animarum committit 1264.

Religiosis viris et in christo venerabilibus Abbati et conventui monasterii de Rissenstein ordinis cisterciensis Moguntine dioecesis *Arnoldus Scholasticus Moguntinus, prepositus Heiligenstadiensis* sue possibilitatis obsequium cum reverentia et honore. Cum *Ecclesia in Bevestede, cujus ad me jus patronatus pertinet,* habitatore careat, omnino desolata existat propter bellorum discrimina et pessimum statum terrev, congrua deliberatione prehabita, de consilio et consensu capituli Heiligenstadiensis loco vobis et vestris successoribus in perpetuum terras et agros ad dotem ipsius ecclesie pertinentes, ut singulis annis in festo nativitatis s. Marie solvatis de illis decano Heiligenstadiensi sedecim maldera siliginis Heiligenstadiensis mensure, propter tenuitatem enim redituum decanie dictam summam annone perpetuo deputo ad officium decanatus. Vos etiam procurabitis per tres dies in Ebdomada divina officia in predicta ecclesia celebrari in cujus rei evidentiam do vobis has litteras sigilli mei munimine roboratas. Datum Moguntie Non. octobris Anno domini MCCLXIV.

Digitized by Google

V.

Wernerus Archiep. Mog. approbat, quod pars Virginum Parthenonis Beurensis ad ecclesiam Teistungenburg. se contulerit 1265.

Wernherus dei gratia sancte Moguntine sedis Arch. sacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Christo *Abbatisse et conventui in Theistingeburg* cisterciensis ordinis salutem in domino. justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. ea propter dilecte in christo filie cum sicut dicitur absque juris prejudicio alieni transtuleritis vos ad solitariam Ecclesiam ante dictam *eo quod vestra matrix Ecclesia de Buren propter nimiam paupertatem ipsius non sufficeret ministrare expensas suarum multitudini personarum*, nos translationem vestram intuitu pietatis ratam habentes et gratam, locum ipsum, in quo divino vos obsequio mancipastis, vobis et successuris in posterum confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. inprimis siquidem statuentes ut regula Sti Benedicti et ordo cisterciensis adinstar matricis Ecclesie vestre de Büren perpetuis ibi temporibus inviolabiliter observetur. preterea quascunque possessiones et bona idem locus ut in presentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum justis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis permaneant et illibata. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beati Martini se noverit incursurum. Datum Moguntie XIII. Kal. Decembris MCCLXV.

VI.

Henricus Marchio Misnensis facultatem dat villam Elberitherode cum capella vendendi coenobio Reifenstein 1266.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus dei gratia Misnensis et orientalis Marchio, Thuringiae Lantgravius et Saxonie comes

comes palatinus universis Christi fidelibus presens scriptum in perpetuum. Cum temporalis mobilitas omnia secum temporalia precipitet, a memoria labuntur humana facta, nisi literali testimonio perhennentur. Noverint ea propter tam presentes, quam posteri, quod nos inspiratione divina compuncti oculo pietatis intuentes paupertatem fratrum in *Riphenstein* et eandem pro possibilitate nostra sublevare cupientes animo voluntario de consensu filiorum nostrorum *Alberti* videl. et *Theoderici* et omnium heredum nostrorum contulimus jam dictis fratribus villam, que dicitur *Elbericherot cum capella* ceterisque attinentiis, hominibus videl. sylvis, pascuis agris cultis pariter et colendis in remedium anime nostre, nec non Antecessorum nostrorum, quam *Henricus filius Scolaris de Mülhusen a nobis jure feudali possederat hactenus*, proprietatis forma jure perpetuo possidenda. Ne autem memoratis fratribus possit imposterum super hujusmodi donatione impedimentum aliquod aut questio suboriri, eis super eo dari jussimus in testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec anno Dni M°CC°LXVI°. Testes autem sunt Botho de Ylebure et Otto frater ipsius, Timo de Litznis, Timo de Oldolnesdorf, Magister Gevehardus curie nostre Notarius, Johannes Scriptor et alii quam plures.

VII.

Hermannus de indagine bona sua cum capella in Elbericherode vendit monasterio Reifenstein 1266.

Universis Christi fidelibus *Hermannus miles de indagine*, *filius Dni Rudegeri* presens scriptum in perpetuum. Tenore presentium recognosco et voce publica profiteor, quod ego omnia bona mea sita in villa, que dicitur *Elbericherot*, *que ad me jure feudali pertinere noscebantur*, *a Dno Marchione Misenensi*, vendidi venerabilibus fratribus et in christo dilectis Abbati et conventui in *Ryphenstein* cum universis attinentiis, *capella* videlicet, sylvis, pascuis, pratis, jure perpetuo possidenda. huic venditioni affuit consensus *Henrici filii fratris mei Alberti* et omnium fratrum ejusdem Henrici, nec non

non omnium eorum, qui in hereditate nostra poterant post mortem meam sperare portionem. Additur etiam quod siquid questionis vel impedimenti predictis fratribus de eisdem bonis ortum fuerit, ego et Henricus filius fratris nostri nos interponemus et ecclesiam ab omni dampno reddemus immunem; quodsi facere nequimus, tanta bona vel pretium bonorum quatuor videlicet marcas eisdem fratribus refundemus. Testes hujus rei sunt *Hugo frater meus plebanus in Sebeche*, Godefridus miles de Bula, Theodericus de Bula, Godefridus Kniline, *Cuno de Gerteroth*, Henricus Widowe, *Henricus de Dunde et Theodericus filius ejus* et alii quam plures. Acta sunt hec anno Dni MCCLXVI. ut autem hujus rei veritas inconvulsa permaneat, presentem Litteram sigillorum nostrorum munimine roboramus.

VIII.

Sacellum in Elbericherode reparatur et ab ecclesia in Huppingestete separatur 1268.

W. dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus, sacri imperii per germaniam Archicancellarius dilecto in christo Abbati monasterii in Risenstein ord. cisterc. nostre dioecesis salutem in domino. ut *capellam apud Elbericherode* jam dudum destructam reaedificare et reparare ac *eam ab Ecclesia de Huppingestete facto sibi restauro*, si ad eam pertinet, tanquam exemptam habere licite valeas, sine juris prejudicio alieni, sed officietur per idoneum Presbyterum secularem, tenore tibi presentium indulgemus. Datum Ping. Anno Dni MCCLXVIII.

IX.

Fridericus de Bodenstein partem suam juris patronatus in minori Asla confert Abbati in Reisenstein 1269.

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis *Fredericus miles dictus de Bodensteyn* paratum obsequium cum salute. Beneficia, que religiosis locis a manu piorum impenduntur, adeo debent stabilitate firmari, ut nulla possint imposterum mutabilitate vio-

violari. Hinc eſt quod univerſitatem veſtram ſcire volumus, quod nos Fridericus *partem juris patronatus Ecclesie in minori Asla* et partem Sylve ibidem, que ad nos de jure pertinere dinoſcuntur, tam pro damno illato, quam pro remedio animarum noſtrarum, nec non Anteceſſorum noſtrorum contulimus D. Abbati et conventui in Riphenſteyn una cum uxore noſtra Gysla, filiis noſtris Ottone, Alberto, Frederico, filia noſtra Friderunna cum conſenſu et preſentatione fratris noſtri Johannis et filiorum ſuorum Ottonis et Friderici proprietatis forma perpetuo poſſidenda. Teſtes hujus rei ſunt frater noſter Otto monachus in Volkolderodt, Magiſter Wiudoldus Plebanus in Worbicze, Swickerus de Mülhuſen, Ekkehardus de Bodenſteyn filius Rudolfi militis, Henricus filius Berengeri militis de Mülhuſen et alii quam plures. Acta ſunt hec anno gratie MCCLXVIIII. ut autem hujus rei veritas inconvulſa permaneat, preſentem litteram ſigillo noſtro fecimus roborari.

X.

Rudolfus de Sommeringen et ejus fratres cum venia Alberti Thuringie Landgravii bona sua in Sommeringen cum parochia et capella vendunt conventui Gerodensi 1270.

Nos Albertus dei gratia Thuringie Landgravius et Saxonie comes palatinus omnibus Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in ſalutis auctore. Cum ea que fiunt in tempore cum tranſitu temporis in oblivionem veniunt, neceſſe eſt facta probabilia ſcripture teſtimonio commendari. Unde notum facimus univerſis preſentem litteram inſpecturis, quod bona, que fideles noſtri *Hugo Rudolffus*, *Otto et Hugo fratres de Sommeringen* cum communi conſenſu heredum ſuorum videlicet Heinrici de Sundirshuſen et ſuorum heredum Heinrici de Baldeſlete et ſuorum heredum *Eckhardi de Ballenhuſin* et ſuorum heredum cum omni proprietate et jure, quo ipſi hactenus libere poſſidebant, honorabili Viro Dno Abbati et monaſterio in *Geroth* vendiderunt, Nos propter deum ratum habemus et libere eis in perpetuum poſſidenda in preſenti cartula trans-

mitti-

mittimus. Hec sunt scilicet bona curiam castri destructam, pomerium annexum cum tribus areis aliis, allodium videlicet de septem mansis, *parochiam et capellam ipsius ville*, jus quod vulgariter dicitur, *Hertemite*, cum silva ville adjacente. Testes sunt Dnus Thymo de Kitznic, Helwicus de Goltpach fidelis noster Mathias curie nostre notarius et heinricus de cleberg adhuc servus existens et ut hec rata et firma permaneant, presentem literam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Acta sunt hec anno domini M°CC°LXX° die XI. intrante Majo.

XI.

Gerardus Arch. Mogunt. quasdam ecclesias et sacella unit monasterio Gerodensi 1291.

Gerhardus dei gratia sancte Maguntine sedis Archiep. sacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Christo Abbati et conventui monasterii in Gerrode ordinis sancti Benedicti moguntinensis dioecesis salutem in Domino. Paupertatis vestre, qua pressum dignoscitur vestrum monasterium ex Sincero affectu compassionis succurrere cupientes vobis et per vos monasterio vestro liberaliter duximus concedendum super eo adhibentes nostrum Consensum voluntarium et expressum, ut in ecclesiis vestris videlicet *Hugonis Sommeringen* cum capella ibidem dependente ab ipsa de Kirchain et de *Luterode cum capella in albo fonte dependente ab ipsa, in quibus ad vos jus pertinet patronatus*, postquam per resignationem vel mortem, qui eadem beneficia nunc obtinent, ea vacare contigerit, possitis licite *per vestros fratres*, vel personas seculares idoneas facere deserviri, quibus de ipsorum beneficiorum proventibus tanta portio relinquatur, unde congruam sustentationem possint habere et supportare onera, que incumbunt et residuum vestris usibus applicare nostro, Archidiaconi loci et cujuslibet alterius in omnibus jure Salvo. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contra ire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, beatorum

 apostolorum

apostolorum Petri et Pauli et beati Martini et nostre prosecutionis sententiam se noverit incursurum. Datum apud Isenacum sexto Kal. Aprilis anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, pontificatus vero nostri anno secundo.

XII.

Ecclesiae parochiales in Teistungen et Wenden uniuntur Parthenoni Teistungenburg 1294.

Gerhardus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius universis christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Dilecta in Christo Abbatissa et Conventus monasterii Sanctimonialium in Theystingenburg nobis humiliter supplicarunt ut in *Theistingen et in Weinden parochiales ecclesias, quorum jus patronatus ad eos, ut asserunt, pertinere dinoscitur* ipsorum collegio unire et incorporare, et fructus, qui ultra sacerdotem sive vicarios ibi celebrantes colligi poterunt, communi mense ipsius monasterii applicare de benignitate solita dignaremur. Nos igitur attendentes tenuitatem reddituum monasterii supra dicti et quo magis deo servientibus in temporalibus est provisum, tanto liberius domino gratum possint impendere famulatum, dictarum Abbatisse et conventus devotis precibus favorabiliter annuentes *predictas Ecclesias in Theystingen et in Wenden prefato collegio Sanctimonialium in Teystingenburg unimus, incorporamus* et fructus, qui ultra Sacerdotes seu Vicarios in ipsis ecclesiis provenire poterunt, communi mense ipsius collegii applicamus: ita tamen, quod de proventibus dictarum ecclesiarum Vicariis instituendis in eis competens porcio relinquatur, unde jura Episcopalia possint persolvere, et congruam hospitalitatem tenere, nostro eciam, Archidiaconi loci et cujuscunque alterius in omnibus jure salvo. Datum Erfordie VII. Kal. octobris anno Dni MCC nonagesimo quarto.

XIII.

Hugo de Marchia varia bona in Teiſtungen, Neuendorf &c. cum jure patronatus vendit monaſterio Teiſtungenburg 1297.

In nomine domini amen. Nos *Hugo dictus de Marchia* recognoſcimus preſentibus fideliter proteſtando, quod bona quondam noſtra ſita in villa et in campo *Teyſtingen*, que ſunt tres manſi, quos a nobis tenuit *Bertoldus miles de Nezelridin* in feudo et unum manſum quondam Suidegeri et quatuor manſos *cum jure patronatus ipſius* ecclesie, quos per nos poſſedimus et duos manſos in *nova villa* et unum manſum in *Taſtungen* et molendinum ſitum in *roſental* cum omnibus ſuis juribus et attinenciis videlicet pratis, areis, paſcuis et ſilvis et ſilvam que dicitur *Stope* vendidimus prepoſito Bertoldo et eccleſie in Teyſtingeburc cyſtercienſis ordinis in perpetuam proprietatem cum advocacia et omni jure quod habuimus vel videbamur habere in bonis omnibus memoratis, uxore noſtra gysla et filiis noſtris Henrico, Arnoldo, Ottone et Hugone et omnibus eis, quorum intereſt conſencientibus et renunciantibus libere et abſolute, integraliter et in toto eadem bona nobilibus viris dominis noſtris in *Scartvelde* in *Luterberge* et in *Honſteyn comitibus* remittendo et liberaliter reſignando. Hujus rei teſtes ſunt Dominus Reynherus et Dominus Arnoldus canonici eccleſie Heiligenſtadienſis, Wigandus viceplebanus in Kirrode, Fridericus, Henricus et Conradus fratres dicti de Worbeze, Baſilius Heydenricus de Teyſtingen, Hermannus ſervus prepoſiti, Johannes Spennic, quidam dictus capuz et alii quam plures fide digni. Et ne quis inpoſterum ambigat ſuper iſtis, preſentem paginam Sigillo noſtro et ſigillo eccleſie Heiligenſtadienſis et ſigillis Conradi de Berleveſſen militis et Conradi Arnoldi fecimus roborari. Actum in Kirrode III. Kal. Marcii anno domini MCC. nonageſimo ſeptimo.

XIV.

Digitized by Google

XIV.

Joannes, Ludegerus &c. fratres de Stopenhagen partem suam juris patronatus in Besekendorf donant monasterio Teistungenb. 1300.

Nos fratres dicti *Stopenhagen* videlicet Johannes, Ludegerus Wedekindus Wasmodus et Bruno hujus scripti inspectoribus recognoscimus universis conventui Sanctimonialium in Theystingeburch duas areas sitas in villa dicta Besekendorp pro duabus marcis et dimidia puri argenti unanimiter rite et rationabiliter vendidisse renunciantes etiam pure propter deum, nec non ob salutem animarum omnium parentum nostrorum *octave parti juris patronatus Ecclesie in dicta villa Besekendorp*, quam partem hucusque dinoscimur habuisse. In premissorum efficaciam sigillis strenuorum militum Hermanni et Hermanni compatruelium de indagine, nec non Sigillo *Wasmodi de Besekendorp nostri patrui* presens scriptum procuravimus roborari. Testes hujus rei sunt Dnus *Conradus officialis Ecclesie heiligenstad.* Dnus Gyselerus plebanus in duderstad, Dnus Hermannus et Hermannus dicti milites de indagine, Bertoldus Hallis, Johannes rumspring et Johannes Amilii, Bertoldus Seborch, Thydericus Emekonren Consules civitatis duderstad et quam plures alii viri fide digni. Datum anno Dni MCCC. in vigilia ascensionis domini.

XV.

Fridericus Comes de Bichelingen resignat villam Kyrrode cum jure patronatus Archiepiscopo Moguntino 1303.

Deperire potest solempnis actio cum motu temporis, nisi roboret eam vicinitas litterarum. Hinc est quod Nos *Fridericus Dei gratia senior Comes de Bichelingen* tenore presentium lucide protestamur, quod *villam Kyrrod cum Jure Patronatus ecclesiae*, Ejusdem villae piscinis, molendino ante piscinam, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus et virgultis, agris cultis pariter et colendis, ac omnibus ad dictam villam Kyrrodth pertinentibus, que omnia et singula *Hugo dictus de Marchia* et sui heredes a Nobis hactenus in feudo tenue-

tenuerunt, et nunc religiosis viris D. videl. *Alberto Abbati* et conventui Monasterii in Riphenstein pro certa summa pecunie vendiderunt de favore et consensu *filiorum nostrorum Friderici* videl. et *Gerha di*, nec non omnium heredum nostrorum, Dominium nostrum et omne jus quod habuimus et habere poteramus in dicta villa Kyrrodth cum omnibus prenarratis *jure scilicet Patronatus ecclesie*, ejusdem ville, piscina Molendino ante piscinam, virgultis, agris cultis pariter et colendis ac omnibus aliis attinentiis contulimus propter Deum et pro nibus Marcis argenti Northusensis Monete vendidimus, prelibatis religiosis viris et eclesie in Riphenstein ac feudum nostrum per litteras presentes patentes in manus Reverendi Domini Archiepiscopi Moguntini resignamus, quia collatio sepe dicte ville Kyrrodth principaliter spectat ad eundem Dominum Archiepiscopum Moguntinum. Testes hujus rei sunt Fridericus de Schlatheim, Ernfridus de Walhusen, Fridericus de Berghe, Milites. Fridericus advocatus in Worbez et Ekehardus frater suus dicti de Asla, Ludolphus de Gerterode et quam plures alii fide digni. Igitur in horum omnium fidele testimonium presentem litteram prememoratis religiosis viris in Riphenstein dedimus sigillo nostro ac sigillo D Friderici Praepositi in Kelbera firmiter communitam. Acta sunt hec anno Domini C°C°C°, III° X° Kalend. Maji.

XVI.

Gerardus Arch. Mogunt. unit monasterio Reifenstein ecclesiam parochialem in Kyrrodt 1303.

Gerhardus dei gratia Sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius religiosis et devotis viris Abbati et conventui *monasterii in Ryphenstein* ord. cistercie Moguntine dioecesis salutem in domino sempiternam. Ne pro defectu temporalium a profectu spiritualium et bonorum operum, quibus frequenter insistitis, desistere vos contingat, piis ac devotis vestris supplicationibus favorabiliter annuentes *Ecclesiam parochialem in Kyrrodt* nostre dioecesis supradicte cum universis suis pertinentiis *vobis et*

vestro

Digitized by Google

vestro monasterio prefato incorporamus et unimus auctoritate ordinaria in nomine domini in his scriptis ita sane, ut Ecclesia eadem per sacerdotem secularem idoneum sicut hactenus gubernata existit, regatur et gubernetur deinceps in officiis divinorum, quem vos, quando et quoties ipsam Ecclesiam vacare contigerit, presentabitis et loci Archidiaconus instituet ad eandem, cui etiam de facultatibus ejusdem Ecclesie tantum ut honestam et congruam sustentationem possit habere, episcopalia jura persolvere et hospitalitatem servare, assignari volumus et relinquere. In cujus rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine roboramus. Datum Heiligenstadt anno domini MCCC. tertio XV. Kalend. Junii.

XVII.

Albertus de Bodenstein renuntiat juri patronatus Ecclesie S. Pauli in Teistungenburg 1307.

Quoniam ea que aguntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Hinc est quod ego *Albertus dictus de Bodinsteyne* recognosco omnibus quibuscunque presens scriptum fuerit presentatum, firmiter protestando, me renunciasse voluntarie et penitus *omni juri patronatus Ecclesie fundi sancti Pauli in Theystingeborg* ex quacunque parte jure hereditario mihi competenti principaliter et pure propter deum et consequenter propter salutem presentis vite pariter et future, quam ecclesiam Sancti Pauli prenotatam pater meus dominus *Fridericus miles dictus de Castro prescripto Bodensteyne bone memorie quondam contulerat cenobio sanctimonialium in Theystingeborg* ad indigentiam et inopiam dicti cenobii expellendam pure propter deum, nec non in salutem omnium suorum parentum animarum et ut sanctimonialibus in dicto claustro deo die noctuque famulantibus necessaria vite appertinentiis dicte ecclesie possent eo dignius elargiri. Cum etiam Ego Albertus antedictus miseratione dei commotus ampliori promitto pro me et pro omnibus meis veris heredibus natis sive nascituris per presentes hujusmodi renunciassionem

sepe

ſepe dicte eccleſie volens conſervare firmiter et amice, et ut hujusmodi renunciatio rata et incommutabilis perpetuo perſeveret, preſentem paginam ſigillo meo feci communiri. inſuper rogavi dominum prepoſitum de Buren, nec non ſtrenuos milites patrueles dictos de indagine, ſcilicet Hermannum ſeniorem et alium militem eodem nomine nuncupatum, ut ſuis ſigillis preſens ſcriptum conſignarent et conſignent. In premiſſorum evidentiam et certitudinem ampliorem teſtes hujus facti ſunt Dominus Prepoſitus in Büren, Hermannus ſenior et alter Hermannus milites dicti de indagine, Bertoldus de Hallis, Bertoldus de Winſingerode, Heyſo Ronetaſche, Henricus de Tzimm'en, Bertoldus Serwus Dni Prepoſiti in Theyſtingeburg et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini MCCCVII. in feſto beatorum martyrum Tyburcii et Valeriani.

XVIII.

Conſules oppidi Eſchwege committunt hoſpitale ſuum monaſterio Reiſenſtein 1308.

Quoniam litterarum teſtimonia res geſtas repreſentant et lites exterminant in futuro ſuccreſcentes ſana providentia eſt inductum, ut ipſe res geſte litterarum apicibus perhennentur. Noverint igitur univerſi, quod nos Conradus Engelberti, Wilbelmus piſtor, Heynricus et Siffridus Falanghe, Conradus Dymerrod, Hartmudus Heynricus Florentii, Dithmar de Ololdendorf, Otto junior ceterique *Conſules Civitatis Eſchemceghe Hoſpitale noſtrum cum ſuis pertinentiis Dominis de Riphenſtein committimus* et commiſimus in hunc modum: quod duo ſacerdotes ſui ordinis et duo converſi cum familia, que ipſis competat, ſe recipient in eodem et ſex lectos, quibus infirmi et pauperes recreentur, ſeu plures lectos, prout impoſterum ipſum hoſpitale reſtauratum vel emendatum fuerit, procurabunt, ipſorumque dominorum familia in quibuscunque caſibus agendo, conveniendo ſive reſpondendo ſtabit juri et conſuetudini civitatis. Domini etiam predicti nullum manſum aut agrum ement, qui ſitus fuerit inter civitatem et *inferius Tunczelbach*, aut inter civitatem et ſtratam

Digitized by Google

ſtratam ad *Hundisrucken*, que *Cantſtracze* nominatur, aut intra civitatem et ſylvam Alberti Herildi, aut intra civitatem aut arborem ſitam prope *Honde*, aut intra civitatem et *Segemanneswerch* et inter civitatem et ipſam Werram, aut inter civitatem et locum qui vocatur *Schambach*, aut inter civitatem et *Tutenhuſen*, *Grebendorff atque Gewelde*. Item ſi domus, curia aut ager dicto hoſpitali pro teſtamento in remedium animarum legantium fuerit aſſignata, ipſi domini vendent heredibus infra annum. Quodſi heredes renuerent, conſules infra dictum terminum, prout expediens viſum fuerit, ipſi ement. Item dicti domini nec per ſe, nec per ſervos aut per alios braxari facient ad vendendum, braxabunt autem ut ſe et ſuam familiam, quam expedit, valeant procurare. Ut autem hec noſtra commiſſio firma maneat atque rata, ſigillum Burghenſium in Eſchenweghe ad preces ſepe dictorum dominorum de Riphenſtein preſentibus eſt appenſum. Datum et actum in octava Epiphanie domini MCCC octavo preſentibus predictis conſulibus, Burghenſibus et multis aliis fide dignis.

XIX.

***Abbas et conventus in Reiſenſtein emunt dimidium manſum pro hoſpitali ſuo in Eſchwege* 1308.**

Ne rei geſte memoria per decrementa temporum evaneſcat, litterarum teſtimonio conſulitur premuniri. Hinc eſt quod nos Heynricus dictus Falanga, Ceſarius Florentii filius Magiſter Conſulum ceterique conſules in *Eſchenwege* preſentium ſerie litterarum publice profitemur, quod Harcrinus concivis noſter quondam Heynrici de Suntra filius de conſenſu et bona voluntate uxoris ſue Gerdrudis, D. Heynrici prepoſiti in *Cruceburch* et Ludolffi fratrum ſuorum, nec non ſororis ſue Uthe, inſuper et omnium aliorum heredum ſuorum dimidium manſum ſitum in Geidelbach venerabilibus viris D. *Abbati et Conventui in Ryphenſtein ad hoſpitale in Eſchenweghe*, pro ſex marcis cum dimidia *Eſchenweghenſis Warandie* vendidit, quem ipſis una cum heredibus ſuis ab omni impugnatione liberum tradere compromiſit proprietatis titulo perpetuo poſſidendum.

 Cujus

Cujus rei testimonium perhibet presens chartula munimine sigilli nostre civitatis firmiter roborata. Datum anno domini MCCC octavo in die apostolorum Petri et Pauli.

XX.

Petrus Arch. Mogunt. dotationem capellarum in Furbach et in Wetelnrode factam per Abbatem Gerodensem confirmat 1308.

P. dei gratia Sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius ad quos presens scriptum pervenerit salutem in domino. Piis ac devotis dilecti nostri *Eckeberti Abbatis monasterii in Gerrode* ordinis Sancti Benedicti dioecesis Moguntinensis precibus favorabiliter inclinati dotationi capellarum in *Furbach* et in *Wetelnrode* facte per ipsum, ut earum quelibet habeat proprium sacerdotem absque prejudicio parochialium ecclesiarum, quibus eedem capelle sunt annexe, pium prebemus assensum nec non dotationi, quam idem Abbas intendit facere in capella ville, que dicitur *Nuendorff* absque prejudicio sui monasterii et matricis ecclesie, cui eadem capella est subjecta, similiter ut proprium sacerdotem possint habere, auctoritate ordinaria favorabiliter assentimus sub presentium testimonio litterarum, quas sigillo nostro signatas tradimus super eo. Datum Heiligenstad anno domini millesimo trecentesimo octavo quarto Kalendas Augusti.

XXI.

Dotatio altaris S. Stephani confirmatur 1308.

P. dei gratia sancte Moguntine sedis Archiehiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Christo Decano et capitulo Ecclesie Heiligenstadiensis salutem in Domino. Dotationem *altaris beati Stephani* in Ecclesia vestra factam per *Henricum de Hansteyn* et fratres suos nostros fideles *cum decima in Besenhusen, quam iidem a nobis et Ecclesia nostra Moguntina titulo feudi noscuntur habuisse*, ratam habentes et gratam in nomine domini confirmamus.

Digitized by Google

mamus. Quia etiam dictus Henricus et fratres sui trium marcarum redditus cum dimidia in bonis suis sitis in villa *Schachtebeche* nobis et Ecclesie nostre donarunt libere ac dederunt, quos redditus trium marcarum cum dimidia in feudum a nobis et Ecclesia nostra receperunt et eorum postea recipient Successores. In cujus rei testimonium presens scriptum nostro sigillo tradimus communitum. Datum anno Domini MCCCVIII. III. Kalend. Aug.

XXII.

Cum consensu Petri Arch. Mogunt. parochus Kyrrodensis potest habitare in Leinefeld 1308.

P. dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius universis ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Devoti nostri Abbatis monasterii in Riphensteyn precibus inclinati ut plebanus parochialis ecclesie in Kyrrode; *ubi ad presens pauci homines, ut audivimus, demorantur*, in *villa Leuckenvelth apud filiam ejusdem parochialis ecclesie* constituti residentiam faciat personalem absque gravi prejudicio matris ecclesie favorabiliter assentimus, sub presentium Testimonio litterarum. Datum Heiligenstad anno Dni MCCCVIII. II. Kal. Augusti.

XXIII.

Confirmatur Hospitale in Eschwege et cura illius committitur Abbati Reisensteinensi 1308.

Petrus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus, sacri imperii per germaniam Archicancellarius universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Piis et devotis supplicationibus consulum et universitatis Burgensium in *Esthenweghe* favorabiliter inclinati dilecto nobis in Christo Abbati *monasterii in Riphenstein* cisterc. ord. duximus fiducialiter committendum, ut *Hospitale in oppido Eschenweghe* predicto auctoritate nostra secundum formam litterarum datarum a felicis recordationis domino

 Sifrido

Sifrido quondam Archiepiſcopo Moguntino predeceſſore noſtro ſuper ejusdem Hoſpitalis confirmatione confirmetur, ſalvo jure noſtro, quod in eisdem litteris continetur. Gubernationem autem, curam et ſolicitudinem Hoſpitalis predicti apud Abbatem monaſterii memorati, qui pro tempore fuerit, volumus reſidere. Datum Heiligenſtadt anno Dni MCCCVIII. ſecundo Kalend. Auguſti.

XXIV.

Fundatio Parthenonis ord. ciſterc. in oppido Worbes 1311.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Amen.

Nos *Fridericus dei gratia comes ſenior de Bychelingen, dominus in Rodenborg* tenore preſentium recognoſcimus et ad ſingulorum cupimus notitiam pervenire, quod cum honorabiles et religioſi prepoſiti, Abbatiſſe et conventus in buren et in annenrode cenobiorum ordinis ciſtercienſis ad augendum cultum divinum, onus inſtaurationis novi cenobii ordinis ſui predicti apud eccleſiam *beati Petri in Marcworbeze* noſtro opido decreverint aſſumere, nos eorum devotis propoſitis, inducti ob ſpem retributionis eterne et pro noſtra predeceſſorum ac ſucceſſorum noſtrorum ſalute, *conſenſu Friderici, Gerhardi filiorum* ac heredum noſtrorum ceterorum libero accedente conceſſimus ac permittimus preſentibus, ut in opido et loco premiſſis cenobium, ut premiſimus inſtauretur dotantes nihilominus fundationi ejusdem *cum jure patronatus eccleſie ſancti Petri prenotate duabus capellis beatorum Nicolai et Brigide ſuis filiabus*, molendino ſito juxta ipſam Sti Petri eccleſiam die jordunmulle *) vulgariter nuncupato, uno manſo inter manſos noſtros ſitos in campetis opidi noſtri preſcripti ipſis magis apto, nemore, quod lyndelo dicitur nec non villa Ridisbach per diſcretum virum prepoſitum cenobii in annenrode prefati comparata proprietatis titulo cum omnibus juribus ſuis, pertinentiis, honoribus et libertatibus perpetuo poſſidendis. Annuentes nihilominus ut jam dictum cenobium juribus, libertatibus

*) Haud recte ſcriptum.

Digitized by Google

tibus privilegiis et honoribus, quibus claustra et cenobia ordinis cisterciensis gaudent alia, tam in rebus quam personis, pascuis et aliis suis indigentiis libere perfruendo, facultatem habeat liberam emendi bona et possessiones in nostro districtu et comitia ubilibet proprietatis jure pro suis usibus perpetuo possidendas. *Concedentes etiam ut Rectoribus et provisoribus pretaxati cenobii pro tempore existentibus de quocunque malefico mortis sententia etiam dampnando inter septa ipsius cenobii deprenso ad placitum liceat ordinare et facere* et etiam confratres eorum et familiam posse corrigere et castigare et *incarcerare* quociens ipsis videbitur expedire. Promisimus et spondemus presentibus defensionem ac tutelam nos praestituros efficacem memorato cenobio et ut quoslibet invasores seu oppressores ejusdem tam per nos quam per nostros etiam successores pro viribus assistendi et promovendi consilium et auxilium prompti et faciles semper erimus exhibere. Ne igitur hujus rei ordinatio ab aliquo violari valeat aliqualiter inposterum aut infringi presentem literam predicto cenobio in Marcworbeze dedimus sigillo nostro ac dilecti filii nostri Friderici firmiter communitam. Testes hujus sunt dominus *Henricus comes de Hoynstein* Albertus miles de *Helingen* Reynhardus miles de *aldendorf*, Conradus miles de *Bentungen* Theodoricus *Camerarius de mullenhusen*, *Fridericus de asla advocatus in Worbeze* echehardus frater suus, Ludolvus de *berterode*, *Conradus de Worbeze* et alii plures fide digni. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo undecimo, tertio Kalendas maji.

XXV.

Sifridus Episcopus Curiensis consecrat altare in honorem S. Stephani et decem millium militum in ecclesia S. Martini Heiligenstadii 1316.

Syfridus dei gratia Episcopus curiensis &c. Noverint universi presencium inspectores vel etiam auditores, quod *nos gerendo vices reverendi Patris ac Dni Dni P. Archiep. mogunt.* anno Dni MCCC°XVI. dominica qua cantatur judica *consecravimus altare in hono-*

honorem beati Stephani prothomartyris et decem milium militum martyrum in civitate Heylginſtad apud ſummum mogunt. dyoc. adhybitis ad hoc ſollempnitatibus debitis et conſuetis. Cupientes igitur quoslibet chriſti fideles ad pietatis opera viis ac modis convenientibus et deo placitis invitare omnibus vere penitentibus contritis pariter et confeſſis qui dictum altare in anniverſario dedicationis predicte cauſa devotionis acceſſerint in futurum et per octavam, aut qui de bonis ſuis in vita vel in ultima voluntate ad fabricam memorati altaris pro animarum ſuarum remedio duxerint conferendum de omnipotentis dei, glorioſe virginis matris ejus ac beatorum apoſtolorum Patri et Pauli meritis et auctoritate confiſi, quadraginta dies criminalium et Centum venialium de injuncta ſibi penitencia miſericorditer in domino relaxamus. dedicationem predicti altaris cum omnibus indulgenciis in octavam paſche in nomine Patris et filii et ſpiritus ſancti transferimus in hiis ſcriptis. datum et actum in Heylginſtad ſub annis et die predictis.

XXVI.

***Henricus de Altendorf canonicus Heiligenſtad. novam praebendam inſtituit in eccleſia colleg. ad S. Martinum* 1318.**

Petrus dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiscopus ſacri imperii per germaniam Archicancellarius recognoſcimus in his ſcriptis, quod diſcretus vir *Henricus de Oldendorf* presbyter de ſua ſalute cogitans et cultum divinum cupiens augmentare in hac parte ad eccleſiam Heiligenſtadt, apud quam longo tempore converſatus eſt, ſpecialiter inclinatus de ſuis propriis facultatibus *unam prebendam per nos et ſucceſſores noſtros perpetuo conferendam* in dicta eccleſia faciet iſto modo, videlicet quod ipſe Heinricus usque ad feſtum beati Joannis Baptiſte proximum de conſilio decani et capituli dicte eccleſie decem marcarum argenti redditus annuos ipſi Heiligenſtadt. eccleſia comparabit &c. *) Ipſi quoque decanus et capitulum

*) Reliqua deerant in apographo.

tulum prefatum Henricum in eorum receperunt gratiose et benevole canonicum. in cujus rei testimonium sigillum nostrum' presentibus est appensum. Datum Heiligenstadt octavo Calendas Aprilis anno millesimo trecentesimo decimo octavo.

XXVII.

Petrus Archiep. Mogunt. confirmat vicariam per Theod. cantorem institutam 1318.

P. dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Christo decano et capitulo ecclesie Heiligenstad. devotis suis salutem in domino. Cum a nobis petitur, quod est justum, dignum est ut petentibus inclinemus benevolas aures nostras. hinc est quod nos justis sanctis et devotis precibus Theod. canonici ecclesie Heiligenstad. favorabiliter annuentes institutionem vicarie, quam olim *Theod. cantor ecclesie vestre* jam dicte pio ductus affectu in ipsa vestra ecclesia fecit et ordinavit ita ut prefatus vester Concanonicus ad eandem vicariam presentet ad presens ydoneum sacerdotem deinde quandocunque vicariam ipsam vacare contigerit, per vos decanum et capitulum eadem vicaria conferatur ydoneo sacerdoti, prout idem dictus vester quondam Cantor bone memorie antequam decederet, noscitur ordinasse. Datum Heiligenstad pridie Kal. April. anno domini MCCC. decimo octavo.

XXVIII.

Mathias Archiep. Mogunt. confirmat vicariam SS. Andreae et Laurentii in ecclesia S. Martini Heiligenst. 1327.

Matthias dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius instaurationem, fundationem et dotationem *vicarie in honore sanctorum Andree Apostoli et Laurentii martiris* in Ecclesia Heiligenstadiensi factam, quam nunc Lambertus de Stockhusen in eadem Ecclesia obtinet, auctoritate ordi-

ordinaria in nomine Domini confirmamus. Datum Heylgenſtad II. Kalend. febr. anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſeptimo.

XXIX.

Buſſo Praepoſitus Heiligenſtadienſis eccleſiae huic beneficum ſe exhibet 1342.

Nos *Buſſo Praepoſitus Eccleſie Heiligenſtadienſis* recognoſcimus publice in his ſcriptis, quod cum unum manſum ſitum in campis villae *Geyslede* tenentem quatraginta agros ac unam curiam in eadem villa attinentem ſolventes tres ſolidos denarios heiligenſtadienſes annue penſionis, Dominis Decano et capitulo praedicte noſtre eccleſie cujus manſi et curie proprietas ad nos pertinet, de ipſorum Dominorum conſenſu apud Dominum Johannem plebanum in Tungesbrücken emptionis titulo comparavimus, Nos etiam conditionem predicte eccleſiae noſtre heiligenſtadienſis ſemper et in hac parte ſpecialiter meliorem facere cupientes tres ſolidos praedictos ſingulis annis Decano et Capitulo de manſo et curia ſupradictis ac decimationem de eodem manſo et aliis duobus manſis, quos ſimul comparavimus, perſolvere tenebimur ſicut ab antiquo perſolvi conſueverunt; Meliorationes manſi et curie praedictorum quas ex nunc decano et capitulo ſupradictis aſſignamus, apud ipſos ipſorumque eccleſiam poſt obitum noſtrum cum ſuis pertinentiis volumus perpetuo remanere, ſicut etiam quod de eisdem meliorationibus dies obitus noſtri perpetue in eccleſia Heiligenſtadienſi ſolempniter peragatur ſicut aliorum defunctorum memoria et obitus ibidem peragi conſueverunt. Teſtes hujus aſſignationis ſunt conradus Rathardi, Helmboldus Vinke, Bertoldus olla, Johannes Ryffenſtein et conradus de Reynolderode ſacerdotes vicarii eccleſie Heiligenſtadienſis praedicte. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum magnum per nos eſt appenſum. datum anno domini MCCCXLII. pridie idus apriles.

XXX.

Digitized by Google

XXX.

Heinrich, Burkard und Dietrich von westernhagen verkaufen dem Pfarrer zu Berlingerode etliche Hufen Landes zur stiftung eines neuen Altars 1352.

Wir Heinrich Ritter, Borchard und Tyderich Knechte gebrüdere zum westernhaghen und unse rechte erben bekennen in dissem offenen Breyhe, dass wir alsotanes gud, also wir haben abekoyst huneken Sonen von eckelingherode in dem Dorphe zu eckelingerode seben hoyben Landes halb haben verkoyst Hern *Johanne pherner zu Berlingherode* mid al dem rechte, das darzu gehoret in Dorphe in höltze in velde in watsere in weyde und aller schlachten nutz, also wirs gekoyst haben, sunder die voghedige dy beholde wir dar ober disselbe gut hat her gegeben und geoffert lutterlichen dorch god an *eynen Altare in derselben Kerchen zu Berlingherode, den her dar mete bewedemet hat und wyen sal lassen ihn den heylighen heren ere sente cosme und damiani.* disses Koyphes wolle wir zu dem vorgenanten Altare rechte heren und weren wesen, wor und wanne des noyd ist. ouch haben wir von gunste wegen dy gnade behalden, dass wir oder unser erben das gud alle jar möghen weder Koyphen, wanne uns das voget, vor zwo und zwenzich margh, also wirs vorkoyst haben duderstedescher wisse und were off sente walburghetag. und wanne das geschet, so sal der cappellan dy den altare besitzet, das gelt mid rade eynes pherners zu Berlingherode, und uns oder unsern erben rade weder anleghen an alsotan gud, dass dy gülde gebessert werde und nicht geerghet. In eyn offenbar gezüchnisse und sicherheyd disser dingh so haben wir unser Ingesegele vor uns und vor unse rechten erben an dissen Breyb gehaughen. Nach gotes Bort dritzenhundert jar in dem zwey und ffünzigesten jare an sente Severinis taghe des heylghen Pavesles.

Digitized by Google

XXXI.

Confirmatio vicariae altaris S. Andreae et omnium SS. Apostolorum 1356.

Gerlacus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius universis christi fidelibus presentes has inspecturis seu auditutis salutem in domino sempiternam. Institutionem, instaurationem, fundationem dotationem et erectionem vicarie altaris siti in *ecclesia collegiata sancti Martini in Heiligenstat* nostre dioecesis in honorem *sancti Andree ac omnium sanctorum Apostolorum* per quondam *Henricum de Altindorf cantorem ejusdem* ecclesie pietatis motu absque tamen cujuslibet alieni juris injuria factas ratas habemus et gratas ipsasque perpetuando approbamus, collaudamus innovamus atque auctoritate nostra ordinaria et ex certa scientia presentibus in dei nomine confirmamus, dantes has literas sigilli nostri appensione roboratas in testimonium super eo. Datum Heiligenstat VI. idus februarii Anno domini millesimo CCC quinquagesimo sexto.

XXXII.

Walter von Miela übergibt dem Kloster Annarode das Kirchlehen zu Buttstede 1356.

We her *Walther von Miela Ritter*, hentze, tyle, walther und Frederich desselben Herrn Walters Söne bekennen offentlich in diesem Keyenwerdigen Brebe, alle den, die diessen breb horen, sen, eder lesen, dass wir mit gutem Rate, wissenheit und volbort all unser rechten Erben lasen und geben redelichen und rechtlichen dem godeshuss zu Annenrode mit unser Tochter Elsen, de wir darin gegeben han, all unse gut ledich wir und egen, dass wir haben zu *Butstete* in Dorphe, in velde in holtze und in wesen mit aller schlachten, nutz und mit alme Rechte, alse wyr es besezzen han, bizher und *das Kirchlein daselbst damede ewigliche und immermehr zu besitzende* und latzen und geben damide dem genannten godes-

godeshufs zu Annenrode herfchafft, egendom oder daffilbe gut und *Kirchlein zu Butftede* mit all deme daz dar zuhöret eder gehören mag, alfo iz an uns gekomen ift, und wyr iz bifher befezzen han, ouch lobe wyr in guten truwen dem godeshufe zu Annenrode und dem Probefte darfelbes zu deffen Klofters truwen Hand, dafs wir das godeshufs zu Annenrode und de vrouwen, de darfelbes wonhaftig finn, des ehegenannten gudes zu Butftede und des Kerchleines darmide Scolet und willet geweren vor aller Anfprache worn, wanne und wo diche als ich von Rechte foll, ouch fo bekenne wyr in diefemfelben Brebe uff dafs diffe ufflafinge und Elfen unfer tochter midegabe unfer gudes zu Butftede und Kerchleines darfelbes dem godeshufe zu Annenrode gantz ewiglich und immermehr bliebe, fo verzige wyr herr Walther vorgenannt, hentze, tyle, walther und Frederich deffelben herrn walthers Söne von unfer wegen und von all unfer rechten Erben wegen, all des Rechten, er fie geiftlich eder weltlich, dafs uns mochte eder Kunte zu hülphe werden zu dem egenannten gude uns zu behaltende. differ dinge, de hiervor befchreben, fint tüge de erbarn herren und manne, die hiernach befchreben fteen herr *Conrad Probeft zu Dorla*, herr heinrich von taftungen Probeft zu der celle, herr wygand Probeft zu Büren, tyderich von taftungen, thile von Bodunge und Heinrich Knorre und wyr Herr *Conrad Probeft zu Dorla*, Herr Henrich von Taftungen Probeft zu der celle, Herr Wygand Probeft zu Büren, tiderich von taftunge, tyle von Bodunge und Heinrich Knorre vorgenannt bekennen offentlich in diefemfelben Brebe, dafs wyr dorch Bete willen herrn walters und finer Erben egenannt fo gebe wyr zu eineme ghetüchniffe diffen Breb mit enbefegelt mit unfen Ingefegeln und wyr hentze, tyle, walther und Frederich vorgenannt bekennen in diefemfelben Brebe, dafs wyr unfers vaters herrn walthers Ingefegels mit eme gebruchen an diefem Brebe, *wente wyr felbens nein eigene en haben.* und ift gegeben nach chriftus geburte dufent drehundert Jare in dem fexe und vünfzigiften Jahre an fante Agneten tage der heiligen Jungfrouwen.

XXXIII.

Digitized by Google

XXXIII.

Confirmatio Vicariae B. M. Virginis, Annae et omnium Sanctorum 1357.

Gerlacus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint salutem in domino sempiternam. Instaurationem, fundationem, erectionem et dotationem altaris siti in *Ecclesia Sti Martini Heiligenstadiensi* factas per Hugonem Scholasticum Ecclesie predicte in honore sanctarum *Marie Virginis*, *Anne et omnium sanctorum* innovamus, collaudamus, approbamus ac de certa nostra scientia presentibus in dei nomine confirmamus presentium sub nostro sigillo testimonio litterarum. datum Heiligenstad VII. idus februarii anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo.

XXXIV.

Fundatur beneficium secundae missae in Sacello S. Laurentii Heiligenstadii 1359.

Gerlacus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius universis christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Instaurationem, fundationem, erectionem et dotationem *beneficii secunde misse in capella Sancti Laurentii* heiligenstadiensis in honorem *Sancte Trinitatis et intemerate Virginis Marie nec non beatorum aurei et justine martyrum* per honorabiles decanum et capitulum ecclesie heiligenstad. pietatis motu factas, dum modo absque prejudicio ecclesie parochialis et cujuslibet alterius juris injuria facte sint, ratas habentes et gratas easque auctoritate nostra ordinaria et ex certa scientia collaudando, approbando et presentibus in dei nomine perpetuando confirmamus. datum Eltevil die VI. mensis novembris anno domini MCCCLIX.

XXXV.

Digitized by Google

XXXV.

Gerlacus Archiep. Mogunt. confirmat dotationem altaris SS. Cosme et Damiani in Ecclesia parochiali Berlingerode 1360.

Gerlacus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius instaurationem fundationem, erectionem et dotationem *beneficii altaris siti in ecclesia parochiali Berlingerode in honorem beatorum cosmi et damiani* per Heinricum de indagine militem, Burkardum et Dylonem fratres et Johannem de Berlingerode bone memorie quondam plebanum ejusdem ecclesie cum redditibus sufficientibus pro unius sacerdotis pro tempore existentis congrua sustentatione prout in literis dotationis desuper confectis plenius continetur, pietatis motu factas dummodo absque prejudicio ecclesie parochialis et cujuslibet alieni juris injuria facte sint, ratas habentes et gratas easque autoritate nostra ordinaria presentibus in dei nomine confirmamus, jus patronatus seu jus presentandi ejusdem altaris, quociens ipsum vacare contigerit, illis quibus in literis dotacionis est asscriptum reservantes. datum Eltevil XX die mensis Januarii anno Dni millo trecentesimo sexagesimo.

XXXVI.

Confirmatio Vicariae S. Jacobi majoris et S. Andreae Apostoli 1363.

Gerlacus DEI gratia sancte moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius universis Christi fidelibus, ad quos presentes nostre litere pervenerint salutem in eo, qui est omnium vera salus. Institutionem, fundationem, erectionem et dotationem Vicarie seu beneficii altaris in honorem *Sancti Jacobi majoris et Andree Apostolorum ac Sancti Nicolai Cyriaci, et beate Elisabeth in ecclesia beati Martini heiligenstadiensis* nostre Diecesis per quondam *Johannem de Badenrode presbyterum vicarium* in eadem ecclesia dum viveret, cum redditibus competentibus pro congrua sustentatione unius Capellani sacerdotis pro tempore existentis

 pieta-

pietatis motu factas dum modo sine prejudicio ipsius ecclesie predicte et absque cujuslibet alieni juris injuria facte sunt, ratas habentes et gratas ipsas perpetuando approbamus, collaudamus, et presentibus auctoritate nostra ordinaria in Dei nomine confirmamus, reservantes nihilominus jus patronatus conferendi seu presentandi dicti beneficii seu Vicarie, quoties id, seu eam Vicariam contigerit illi, vel illis, quibus hoc in literis dotationis desuper confectis est ascriptum aut alias ex intentione ipsius donantis et erigentis deputatum. Datum Heilgenstat anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio III. Kal. Julii.

XXXVII.

Fundatio Vicariae S. Eustachii Heiligenstadii 1364.

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cuivis pateat evidenter, quod anno a nativitate ejusdem Dni millesimo trecentesimo sexagesimo quarto indictione secunda septima die mensis septembris, quod fuit in ipsa die sanctorum Sergii et Bachi ejusdem diei hora meridiana vel quasi pontificatus sanctissimi in christo Patris et Dni nostri Dni urbani divina providentia Pape quinti anno secundo in presentia honorabilium et discretorum Virorum Dominorum *Hartmanni Decani* Bertoldi Grintzel Cellarii Dni Moguntini, Conradi dicti Nayl Canonici Ecclesie Heiligenstadiensis dicti Dni Hartmanni Decani officialis Prepositure ejusdem Ecclesie ac mei notarii publici et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum constitutus providus vir *Wernherus Phryne senior oppidanus in Heiligenstod* laycus Moguntine Dioecesis publice recognovit, se cum consensu omnium heredum suorum proximorum in augmentum divini cultus, pro salute anime sue et parentum suorum animarum remedio et salute donasse et assignasse *discreto Viro Martino de Dingelstede clerico filio Henrici de Dingelstede Castrensi zum Steine* Moguntine Dioecesis ad altare in Ecclesia Heiligenstadiensi in honore dei et *S. Eustachii* instaurandum seu erigendum ad unam vicariam ibidem perpetue duraturam si et

in

in quantum voluntate et consensu decani et capituli Ecclesie Heiligenstadiensis predicte pro dicta vicaria instauranda et erigenda. idem Wernherus vel sui heredes obtinentes pensionem annuam quatuor marcarum argenti heiligenstadiensis warandie et valoris de novem marcis similiter annue pensionis, de quibus mentio sit in quadam litera desuper confecta et sigillo burgensium in heiligenstad sigillata per consules nomine universitatis ibidem dandam et persolvendam. Assignavit vero dictus Wernherus Phryne dictam pensionem quatuor marcarum pecunie cum principali ipsam respiciente ex iisdem novis marcis predictis ad ipsam vicariam prefatam cum omni jure, quod sibi et suis heredibus competebat, seu competere poterat quomodolibet in futurum, prout et in littera originali plenius continetur, adjecta tali conditione, ut si predictus Martinus de Dingelstede ad sacerdotium nollet promoveri, verum inciperet et vellet laicari, ex tunc predictus Wernherus aut senior de linea sua alteri persone ydonee ad ordinem presbyteratus promoveri volenti de ipso altari instaurando seu erigendo, instaurato seu erecto providere debebit. Insuper etiam si predicta pensio reempta fuerit, quod tempore reemptionis ipsa pecunia cum scitu decani et capituli dicte ecclesie, qui pro tempore fuerint in alterius pensionis comparationem idem altare respicientem convertatur. Super quibus omnibus et singulis ut de premissis publicum conficerem instrumentum sepe dictus Wernherus Phryne me notarium publicum infra scriptum cum instantia requirebat ac ipsi domino officiali, ut predicto instrumento sigillum dicti officialatus prepositure heiligenstadiensis in premissorum evidens testimonium apponeret, cum instantia supplicavit. Et nos *officialis prepositure heiligenstadiensis* predictus recognoscimus, sigillum officialatus ad preces predicti Wernheri huic instrumento et in premissorum testimonium appendisse. Acta sunt anno, indictione mense die hora et pontificatu quibus supra in estuario domus domini Bertoldi Topph vicarii dicte ecclesie presentibus iisdem discretis viris dominis Bertoldo Topph predicto, Johanne Hugonis Diacono, Theodorico de Cassele rectore parvulorum ibidem et Conrado de Kindehusen oppidano in heiligenstad moguntine dioecesis pro testibus ad premissa convocatis specialiter et rogatis.

Et

Et ego Johannes Solbach de heiligenstad clericus moguntine dioecesis publicus sacra imperiali auctoritate notarius donationi, assignationi omnibusque aliis et singulis premissis dum sic agerentur et fierent una cum prenominatis testibus ac etiam pro predicto sigillo officialatus petentis precibns interfui eaque sic fieri vidi et audivi, propria scripsi et in hanc publicam formam redegi meisque signo et nomine consuetis signavi rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.

XXXVIII.

Fundatio primae missae in templo B. M. Virginis Heiligenstadii 1365.

In nomine domini amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quinto feria tertia post scolastice proxima hora diei ejusdem quasi nona in domo dotis parochialis Ecclesie Sancte Marie in Heilgenstad Moguntine dioecesis, Pontificis Dni urbani Pape quinti anno tertio in mei notarii publici et testium subscriptorum presentia constitutus *Conradus de Westhusen pistor oppidi in Heilgenstad* publice recognovit, se jutta uxore sua legitima consentiente et nomine heredum suorum vendidisse justo titulo venditionis discretio viro Dno plebano parocho Ecclesie Sancte Marie in Heiligenstad predicte *ad primam missam in eadem Ecclesia perpetue celebrandam* unum fertonem annue pensionis Heilgenstadiensis Warandie pro duabus marcis ac dimidia Heilgenstadiensis Warandie predicte ipsi conrado complete persolutis singulis annis dictam pensionem dicto domino plebano sancte Marie et suis in ipsa parochia, sive Ecclesia successoribus pro parte media in festo beate Walburgis et reliqua media parte in festo sancti Michaelis absque damno, arrestatione, occupatione, inhibitione seu quolibet impedimento non obstantibus in oppido Heilgenstad per dictum Conradum venditorem et suos heredes dandam et persolvendam de humeleto unius agri in loco *reckebule* sito inter agros Ludolfi Kudircancz et Guntheri haciappe et de tribus agris arabilibus in loco *Lamprechtsrode* sitis inter agros Ditmari Phryne et Henningi de Ludolfeshusen dixitque

que dictus Conradus venditor, quod dicti agri ante hujus venditionis contractum nemini sint obligati et quod impolterum non debeant vendi obligari alienari, neque alia pensione onerari, nisi fuerit voluntas predicti domini plebani et suorum in dicta ecclesia successorum, defectus etiam siquis fuit vel fiet in agris aut pensione predictis, predictus Conradus venditor suo et omnium heredum suorum nomine de omnibus aliis bonis suis legitima stipulatione interveniente promisit integraliter adimplere hac gratia mediante, quod dictus venditor et sui heredes dictam pensionem possint reemere pro duabus marcis et dimidia Heilgenstadiensis Warandie predicte quandocunque ipsis videbitur expedire. Super quibus omnibus dictus Conradus venditor ut publicum sub meo signo consueto conficerem instrumentum me Notarium publicum subscriptum cum instanter requirebat, acta sunt hec domo, die, hora loco et pontifice prenotatis, presentibus discretis Viris Dno Theodoro dicto Schilling presbytero, Alberto Vogel, Henningo Küchel et Johanne dicto Ploys oppidanis in Heilgenstad laicis moguntine dioecesis testibus ad premissa vocatis petitis et rogatis. Condictum est etiam inter partes, quod dictus venditor et sui heredes tempore receptionis dicte pensionis tenentur persolvere pensionem supra scriptam cum pecunia principali.

Et ego Henricus dictus Anhalt de Heilgenstad moguntine dioecesis publicus imperiali auctoritate Notarius omnibus et singulis premissis dum sic agerentur aut fierent, una cum prenotatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo solito signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

XXXIX.

Indulgentiae altari trium Regum, Philippi et Jacobi etc. in Templo B. M. V. Heiligenstadii concessae 1370.

Frater Albertus de Bychelingen dei gratia ippi sensis Ecclesie Episcopus, vicarius in pontificalibus Reverendi Domini Domini

 Gerlaci

Gerlaci Archiepiscopi Moguntini universis christi fidelibus ad quos presentes litere pervenerint, salutem in domino sempiternam. Quoslibet christi fideles ad pietatis opera modis convenientibus et deo placitis invitare cupientes salubriter . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad *altare trium Regum, Philippi et Jacobi Apostolorum, Erasmi, Eustachii martyrum, Barbare et Margarete Virginum in Ecclesia beate Marie Virginis in Heylginstad* situatum manus suas porrexerint adjutrices, scilicet Calices, libros, Luminaria ac alia ornamenta ecclesiastica. Item qui ad dictum altare diebus festivis videlicet Nativitatis Christi, parasceves, Pasche, Ascensionis, Penthecostes, corporis christi, gloriose virginis Marie, omnium Apostolorum et Patronorum predictorum dedicationis ejusdem altaris orationes suas devote dixerint, ac alia pietatis opera ibidem exercuerint, totiens quotiens fecerint, de omnipotentis dei misericordia sanctorumque Petri et Pauli Apostolorum, nec non Sancti Martini meritis et gratia confisi auctoritate qua fungimur, quadraginta dies indulgentiarum cum una carena in domino misericorditer relaxamus. Datum anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo, dominica in passione domini,

XL.

Dotatio Vicariae S. Catharinae et S. Nicolai in Templo S. Aegidii Heiligenstadii confirmatur 1387.

Rudigerus vom Hain prepositus Ecclesie Sancti Severi Erfordensis et provisor allodii ibidem commissarius ad infra scripta a Reverendissimo in Xto Patre ac Domino Domino Adolfo Sancte Moguntine sedis Archiepiscopo specialiter deputatus universis christi fidelibus ad quos presentes litere pervenerint, salutem in Domino Sempiternam. Instaurationem, erectionem et dotationem vicarie altaris *Sancti Nycolai Episcopi et beate Katherine virginis siti in Ecclesia parochiali Sancti Egidii Heylgenstad per discretos Viros Ernestum thotheisluch et Henricum Meyger oppidanos Heiligenstadienses* cum redditibus competentibus pro ejusdem rectore pro tempore existente congrua sustentacione pietatis motu factas, dummodo sine prejudicio ejus-

ejusdem Ecclesie et cujuslibet juris alieni facte sint, ratas habentes atque gratas eas auctoritate Domini nostri Moguntini predicti nobis commissa presentibus in dei nomine confirmamus, jus vero patronatus seu jus presentandi ad dictam vicariam, quociens ipsam vacare contigerit, reservamus illi vel illis, cui vel quibus in literis dotationis desuper confectis id extat reservatum. Datum et actum anno Dni MCCCLXXX. septimo feria sexta post festum sancti Michaelis Archangeli nostri provisoratus sub sigillo.

XLI.

Vicaria S. Cyriaci in Templo S. Martini approbatur 1389.

Rudigerus vom Hayn, Provisor Allodii Erfurtensis Commissarius ad infra scripta a Reverendissimo in Christo Patre ac Domino Domino Adolfo Archiepiscopo Moguntino specialiter deputatus universis et singulis, ad quos presentes nostre litere pervenerint, salutem in omnium salvatore. Instaurationem, fundationem, erectionem et dotationem vicarie in honorem omnipotentis dei, *Beati Ciriaci martiris* ac omnium sanctorum ad altare dudum consecratum in honore *Sanctorum Andreae apostoli et Erasmi martyris* situm in Ecclesia Sancti Martini Heiligenstadii per honorabilem ac discretum Virum Dominum *Henricum de Dingelstede Canonicum Ecclesie Sti Martini Heiligenstad* et Reynoldum Vogel testamentarium quondam Alberti Vogel plebani in Westerode ob suorum progenitorum et omnium christi fidelium animarum salutem dotatam pietatis motu factam ratam habemus atque gratam, eamque auctoritate Domini nostri Moguntini predicti confirmamus atque ratificamus dei nomine in his scriptis, jus vero patronatus seu presentandi quotiens dictam vicariam vacare contigerit, reservantes illi vel illis, cui vel quibus id in literis dotationis desuper confectis extat reservatum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono feria tertia proxima post diem beati Martini Confessoris.

XLII.

Hans, Hermann und Bertold von westernhagen geben verschiedene güter an den Catharinen-Altar in der Kirche zu dem westernhagen 1391.

In Godes Namen Amen. Wyr *Hans, Hermann unde Bertold von deme westernhagin* bekennen offentlichen in dessen offin Bryffe vor uns unde unse rechtin erbin, dass wyr eyntrechtlichen myd eynandir overkommen synt, dass wir dorch gotes unde selikeyd wyllen unsir eldern unsir unde unsir erbin unde alle unserme zu gode zu libe und zu — geantwordet habin tzo deme *altare Sente Katheryne in der Kyrchen zu deme westernhagen.* Ich Hans egenant, Hans Arnold Borchard unde Eggebrecht syne Sone bekennen, dass wir von unser unde unsir erbin wegin darzu geantwordet habin *zwo hoyven landes geleyin in dene velde to teyslingen* unde den hoff in deme dorffe dye dar lyet vor deme Kyrchove dye dar zu höret dy Hern *Swart*, deme got gnade were myd allir zuhoringe in dorpe in velde in holtze in grase in wassere unde in weyde uf Kyrchoven wy dy genand sint alsso dy Her *Swart* vorgehat hat unde wass ich hanss mergenant vogedye rechten und Plycht dar an gehat habe by Hern Swart getzüden. Dy sollin unde wollin ich unde myne erbin vord daran behaldin. vortmer haben wir darzu geantwordet unser gelt, dass wir hatten in deme czenden der jerlichen gesellet von deme lande, dass dy gebur erbeyden in deme dorffe czu deme westernhagin unde unsern drettendeyl des erbes, dass wir dar an gehat habin. auch antworden wyr dar tzu den hoff, der gelegen yst neist deme endelsten Hofe in deme Dorffe und tzu deme westernhagen myt allen den rechten dy dartzu gehoren usgescheyden vogedye unde gerychte, dy wollin wyr unde unser erben daran behaldin. unde wir Hermann unde Bertold vorgenant haben unser tzweydeil des erbes dass wir an deme egenanten tzenden haben von unser unde unser erben wegen ouch dar tzu gegebin. ouch gebe wir egenant von deme westernhagen semptlichen alle mydeynandir tzu dem mergenanten Altare unser gülde dy wir habin in der Solbach, de synd achte schilling Pfennyng geldes unde achte

honere

honere düsse vorgenante gude tzenden hove und tzinse sollin ewyclichen blyben by düssеme egenanten Altare. ouch habe ich *Bertold Boddeker ytzund Pherner tzu deme westernhagen* dorch got unde trostes wyllen myner eldern myner und myner erbin tzu dessem mergenanten Altare gegeven und geantwordet tzwentzig lodige mark duderstеder wysse unde werung dy man myt hulffe unde Rade myner Junchern von deme westernhagen an gülde legen sal, also decke des not gebord, unde das gelt unde gulde sal *eyn Vicarius*, wer der tzu tzüden yst, ouch uffnemen undr der gulde gebruchen nach mynes Bertoldes Bodekers dode glicherwys also der gude dy myne Junchern von deme westernhagen vorgenant dar tzu gegebin han unde dy tzwentzig mark schollin ewyclich darby blyben. Mit düsser ergenanten Vicarie unde guden dy wir dartzu geantwordet unde gegeben haben, haben wir egenanten von deme westernhagen belegin dorch got Nycolaum Sassenberge unde wyllen unde sollin sy vort lygen unde unser erven also decke des not yst, unde ledig wert unde Nycolaus egenant edir weme dy vycarie nach öme gelegin wird der sal dusser vorgeschreben gude tzende hove unde tzinse uffnemen unde der gebruchen unde tzu deme westernhagen wohnhaftich seyn unde dy vicarye belesin in *der Kyrchen edir uff deme huse myt myssen unde gotlichen dingen* also recht unde mogelich yst, wer myt düsser vicarye vortmer belegin wyrd von uns edir unsen erben unde dy tzu getzüden hat, dy sal eyneme Pherner wer dar ouch tzu getzüden yst, gehorsam syn in mogelichen gotlichen dingen *sunderlichen sal her ome helffen tzu geheren getzüden syngen mettenne mysse unde vespere tzu des heilgen cristes dag tzu ostern tzu pyngkesten tzu unser lyben frouwen Dagen tzu der Appostel Dagen an hoybetherren unde Juncfrouwen Dagen der Kyrche unde der Altare* sonderlichen tzu Kyrchwyghunge der egenanten Kyrchen unde Altaris. ouch sal her ome helffen syngen vigilie unde mysse tzu allen getzüden. also her unsir eldern unde unser gedechtnysse beget unde sal flyssiclichen bydden unde gedenken vor uns unde alle unser geslechte, vor hern Bertolde ergenant syne eldern unde hern *Swart* unde syne eldern unde or geschlechte. Dass alle düsse vorgeschreven artykeln unde stucke

 sempt-

semptlich unde or ytlich besondern stede unde gantz gehalden werden ane argelist. Des haben wir von deme westernhagen unde her Bertold Pherner vorgenant dusser Bryffe zwene gegebin, dy beyde glich geschrebin stan, der wyr von deme westernhagen sollin eynen behaldin unde dy vicarius den andern tzu stedir ewiglicher bewysung dass dyt also gehaldin werde, also hir vorgeschrebin stet an dy wir egenant Hans, Hermann und Bertold von deme westirnhagen unde her Bertold beyden syden unser allir Ingesegeln gehangen habin unde wir Hans von deme westirnhagen der Jüngere, Arnold Borchard und Eggebrecht gebrüdern bekennen, dass wir gebruchen unsers vaters Ingesegels an dyssen Bryffen dy gegeven synt na christi gebord unsers Heren dryczenhundert Jar in deme eyn unde nüutzigesten Jare an sente walburgen dag der heiligen Jungfrouwen.

XLIII.

***Ratwardus Plebanus Duderstadiensis concedit, ut Joannes Herdegen altare in Sacello S. Spiritus erigi curet* 1398.**

In nomine domini amen. *Ratwardus plebanus ecclesie parochialis s. cyriaci in Dudirstad* moguntine dyocesis universis christi fidelibus salutem in eo omnium qui est salus. Proposuit discretus Vir *Johannes Herdegin* opidanus de propria salute recogitans, terrenaque cupiens in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, altare in honore et sub vocabulo sanctissime dei genitricis Marie et sancti Mathie Apostoli in Capella sancti spiritus extra muros dicti opidi in terminis prefate parochialis ecclesie sita de bonis suis propriis sibi a deo collatis de novo erigere et construi facere, illudque pro uno presbytero seculari inibi instituendo et perpetuo Dno in divinis servituro sufficienter dotare, si ad hoc meum adhiberem consensum, petens humiliter, ut sibi premissa faciendi licentiam impertiri ac etiam *jus patronatus ejusdem altaris et presentandi rectorem ad illud sibi et suis heredibus in perpetuum dignarer reservare.* Ego quidem dicti Johannis pium approbans propositum ex predictis aliisque legitimis causis ob divini cultus augmen-

augmentum meum consensum et voluntatem, in quantum in me est, et ad me pertinet, ut idem Johannes in cappella sancti spiritus prescripta altare de novo erigere construi facere illudque pro uno presbytero seculari inibi perpetuo Dno in divinis servituro sufficienter dotare et postquam, ut prefertur, sufficienter dotatum fuerit, dedicare facere licite a libere valeat, adhibeo eidem Johanni et suis heredibus jus patronatus ejusdem altaris et presentandi rectorem ad illud quando et quotiens oportunum fuerit, in perpetuum reservando ita tamen, quod rector dicti altaris, qui pro tempore fuerit, dictam parochialem ecclesiam confoveat, oblationes in dicto altari factas mihi et meis successoribus plebanis in dudirstad ut moris est, presentet nullumque gravamen michi meis successoribus, nec sepedicte parochiali ecclesie inferendo in licitis et honestis ut ceteri altariste in eadem parochiali ecclesia beneficiati obediat. in quorum omnium robur et evidens testimonium, sigillum mei Ratwardi plebani antedicti presentibus est appensum. Anno Dni millesimo trecentesimo nonagesimo octavo quinto idus aprilis.

XLIV.

Coram officiali Heiligenstadiensi duo horti prope Duderstadt venduntur Parthenoni Teistungenburg 1401.

Nos Henricus officialis prepositure Heiligenstad. recognoscimus publice in hiis scriptis, quod in nostra presentia constitutus Tylo *Pumpel* *) opidanus in heiligenstad et recognovit se suo et suorum heredum nomine rite et justo tytulo vendidisse discreto et honorabili Viro Domino *Konemundo preposito*, nec non religiose Abbatisse et conventui monasterii in Teystingeborg duos ortos ante opidum Duderstad in loco, qui vulgariter nuncupatur *uff dem Sande undir der guldin eych* situatos pro quatuor marcis ac dimidia heiligenstadiensis warandie ipsi venditori plenarie persolutis. predictos duos ortos, quos dictus Tylo venditor hucusque pacifice possidebat singulisque annis dictis preposito, Abbatisse et conventui unum fertonem census

*) Forte aliter legendum.

Digitized by Google

cenſus hereditarii ſingulis annis dare conſueverat, ipſi *venditori* *) ore et calamo libere reſignavit pacifice perpetuis temporibus poſſidendos et nihilominus omni juri, quod in dictis bonis habuit ſeu habere potuit, penitus renunciavit preſentibus ibidem et aſtantibus teſtibus fide dignis, dominis Conrado Ditmar et Conrado Meier Canonicis ecclefie heiligenſtadienſis. In hujus rei teſtimonium ſigillum noſtri officialatus preſenti cedule eſt appenſum. Datum anno domini MCCCC primo in die Sancti Blaſii martiris.

XLV.

Hertwich Hanſs und Henrich von Knorr verkauſen dem Vikarius des Altars der heiligen drey Könige einen Fertung Geldes 1401.

Wir *Hertwig, Hanſs nnd Henrich Knorre Gebrüdere* Burgmanne zu Scharfenſtein bekennen in diſſeme offin Briffe vor ünſs und ünſre rechtin Erbin daz wy vorkouſt haben, dem erberen her Gunderame Wiſenborne Vicario des *Altars der heiligen drey Königen in der Kirchin zu unſer lieben Frowen zu Heilgenſtadt* und ſyne Nakome in derſelbin Vicarie eynen Ferdung Geldiſs heilgenſtadtiſcher Were vor zwo Marg derſelbin Were dy he unſs nützlichen bezahlet hatt und ſollen öme oddir ſyne Nakome den benannten Ferdung Geldiſs alle Jar uff ſente Michaelstag ann ſyne ſchaden in der Stadt zu Heiligenſtadt betzalen und deſſen vorgeſchreben Ferdung Geldiſs ſoll he oddir ſyne Nakome uffnemen von unſsem gilthaſtigen und zinſslüden zu Crutzebra dez ich Hermann Femel tyle ſyn ſon bekennen daz wy ſollen und wollen betzalen von unſir Junchern wegen Herwigs hanſses und Heinrichs Knorren dem vorgenannten Herrn Gunderame oddir ſyne Nakomen in der Vicarie den genannten Ferdung Geld alſo vorgeſchreben ſted von zwey Huben arthaſtiges Landes dy wir inne haben und erbeyden von unſerin genannten Junchern, wegen auch mogen wir oddir unſse Erben dyſse Güilde abekauſe vor zwo Marg der genanntin heiligenſtedtiſcher Were wan uns daz bequemlich iſt met verſeſſender gülde noch ſo vorlaufen-

*) emptori.

Digitized by Google

laufender Zit. Aller düssen vorgeschrebin Artyckel hyr zu Bekenntnüsse haben wy dysen Briff besegilt met Ingesegil Mynes Hertwiges und Hanses, der ich Henrich mede gebruche, wan ich kein Ingesegil habe. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo primo in Vigilia Sancte Katharine Virginis.

XLVI.

Confirmatio Vicariae in altari S. Bartholomaei apostoli et S. Nicolai Heiligenst. 1405.

Ludewicus de Binsforte prepositus Ecclesie S. Severi et Provisor allodii Archiepiscopalis Erfordiensis Commissarius in subscripto confirmationis negotio a Reverendissimo in christo patre et Domino Domino Johanne Sancte Moguntine sedis Archiepiscopo specialiter deputatus universis christi fidelibus presentium inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Instaurationem erectionem fundationem et dotationem *perpetue vicarie altaris consecrati in honorem omnipotentis Dei, beate Marie virginis ac sanctorum Bartholomaei Apostoli et pii presulis Nicolai ac omnium sanctorum* siti in Ecclesia beati Martini Heiligenstadiensi Moguntine dioecesis ac competentibus redditibus pro congrua unius sacerdotis pro tempore existentis sustentatione per honorabiles et discretos viros dominum Johannem Archfelt canonicum et Conradum Homberg vicarium dicte Ecclesie Sancti Martini Heiligenstadiensis testamentarios seu ultime voluntatis executores bone memorie domini Henrici Topph quondam dicte Ecclesie vicarii factas et dotatas dummodo tamen absque dicte Ecclesie Sancti Martini prejudicio et qualibet alieni juris injuria facte sint, ratas habentes atque gratas eas auctoritate dicti Domini Moguntini nobis tradita presentibus in Dei nomine approbamus et confirmamus eximentes nihilominus eandem vicariam ac omnia bona ad ipsam spectantia quantum in nobis est, ab omni exactione cujuslibet secularis potestatis, jus vero patronatus seu presentandi ad dictam vicariam quotiens eam vacare contigerit, illi vel illis, cui vel quibus id in Literis dotationis desuper confectis extat reservatum reservantes. In quorum evidens testimonium Sigillum nostrum presentibus

Digitized by Google

est appensum. Datum Erfordie ipsa die Sabbati in vigilia pasce anno Domini Millesimo quadringentesimo quinto.

XLVII.

Joannes Archiep. Mogunt. testatur et confirmat, quod praepositus Heiligenstad. nullam habeat jurisdictionem in capitulum 1408.

Johannes Dei Gratia Sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius universis et singulis Abbatibus Prioribus praepositis Decanis Scholasticis Cantoribus Thesaurariis tum Cathedralis nostrae quam Collegiatarum canonicis et parochialium Ecclesiarum rectoribus ac etiam quorumque monasteriorum ministris provincialibus generalibus Guardianis Sancti Johannis Iherusolomitani ac beate Mariae Theuthonicorum Magistris commendatoribus et ipsorum domorum fratribus et conventualibus praedicatoribus minorum heremitarum sancti Augustini ac beate Marie Carmelitarum et quorumcunque aliorum ordinum fratribus plebanis viceplebanis vicariis perpetuis presbyteris curatis et non curatis Altaristis tam regularium quam secularium ecclesiarum exemptis et non exemptis ac clericis beneficiatis et non beneficiatis ac notariis publicis et Tabellionibus quibuscunque per nostras civitatem et dioecesin Moguntinam constitutis salutem in Domino et praesentibus nostris litteris indubiam cum obedientia dare fidem. Sane nobis exposito ex parte honorabilium Ernesti Decani, Wickenandi Scholastici Canonicorum et Capituli nec non vicariorum perpetuorum beneficiatorum Ecclesiae S. Martini Heiligenstadiensis nostrae dioecesis quodlicet de jure sive consuetudine antiqua et approbata et hactenus pacifice observata ac inconcusse et inviobiliter etiam a tanto tempore et per tantum tempus de cujus contrario in memoria hominum non existit ac etiam legitime praescripta Prepositus Ecclesie Heiligenstadiensis praedictae pro tempore in decanum scolasticum Canonicos et capitulum nec non etiam vicarios perpetuos et beneficiatos in ecclesia praedicta nullam penitus Jurisdictionem sive etiam exercitium Jurisdictionis habuerit aut habere consueverit seu habeat ac habere debeat in toto vel in parte ac praetendere possit, neque

neque etiam sibi competat aut competere possit quoquomodo neque etiam ipsos excommunicandi vel sententias excommunicationis contra ipsos fulminandi. Et insuper licet visitatio, correctio et punitio de excessibus criminibus et delictis ipsorum Decani Scolastici et Canonicorum ac Capituli nec non vicariorum perpetuorum in Ecclesia praedicta ad Archiepiscopum Moguntinum pro tempore de jure pertinuerit et spectaverit spectare et pertinere consueverit et hodie ad nos spectet et pertineat, tamen dudum Fridericus Rothardi praepositus Ecclesie praedicte suis finibus metis et terminis non contentus de facto cum de jure non posset neque deberet limites suae Jurisdictionis transgrediens et falcem suam in messem nostram et sibi alienam extendens nulliter et de facto procedens quendam Johannem Archfelt canonicum ipsius Ecclesie Heiligenstadiensis praedicte dum viveret per literas suas excommunicationis censuras et alias poenas tunc in se continentes peremptorie monuit et requisivit, moneri et requiri fecit et procuravit ut quandam mulierem quam ipse quondam Johannes Canonicus dum viveret in concubinam ut ipse Praepositus praetendebat, publice detinebat infra certum terminum tunc expressum libere dimitteret quod ipse tamen quondam Johannes infra terminum sibi ad hoc assignatum et datum facere neglexisset contumaciter ut praetendebatur ipse Fridericus Praepositus ipsum quondam Johannem Canonicum cum viveret excommunicationis censuram incidisse declaravit et eum ut talem fecit publice nuntiari a qua quidem censura ipse quondam Johannes dum viveret ad nos et audientiam nostram et ad sanctam nostram sedem moguntinam provocavit et appellavit. Quam quidem appellationis causam nos honorabili viro Ludewico provisori Allodii Erfordiensis audiendam decidendam et fine debito terminandam cum omnibus emergentibus dependentibus et connexis duximus committendam et commisimus qui quidem Ludewicus Judex et Commissarius per nos datus ante quam de hujusmodi appellatione cognovisset ipse quondam Johannes et Canonicus dum viveret apud dictam Ecclesiam diem vitae suae clausit extremum. Quem quidem Johannem ex tunc defunctum Decanus et scolasticus et nonnulli Canonici et beneficiati praedicti et in Ecclesia praedicta de speciali mandato et licentia ipsius Ludowici

 Com-

Commissarii nostri praedicti cum solemnitatibus consuetis sepelierunt et corpus ejus Ecclesiastice sepulture tradiderunt et interfuerunt eidem. Quas cum ipsi Decanus scolasticus et nonnulli canonici et perpetui beneficiati in Ecclesia praedicta qui sepulture praedicti Johannis defuncti interfuerunt, custodi sive plebano et aliis beneficiatis in Ecclesia praedicta Literas absolutionis a sententia excommunicationis per Fridericum praepositum quondam in ipsum Johannem defunctum ut praetendebatur lata et promulgata non exhibuerint custos sive plebanus praedictus et Henricus de Noerthen perpetuus vicarius in praedicta Ecclesia qui sepulture Johannis defuncti non interfuerunt neque interesse voluerunt Decanum scholasticum et Canonicos ac quosdam alios perpetuos beneficiatos sive Vicarios tamquam illos, qui excommunicationis sententiam contra talia perpetrantes a Jure prolatam inciderunt in divinis officiis vitarunt et hodie vitant. Atque propterea Decanus scholasticus Canonici et perpetui beneficiati sive vicarii praedicti et in Ecclesia praedicta nobis humaniter et cum debita instantia supplicarunt quatenus ipsos Decanum scolasticum singulosque canonicos supra nominatos ab hujusmodi praetensae ex communicationis sententiis et aliis censuris quatenus opus esset et indigeret in forma Ecclesie consueta absolvere absque ipsis supra praemissis de optimo juris remedio pie et salubriter providere dignaremur. Nos vero Johannes Archiepiscopus Moguntinus attendentes hujusmodi supplicationem Juri consonam et conformem rationi volentes in hujusmodi negotio rite et legitime procedere ut tenemur causam ratione appellationis hujusmodi ad nos et nostram audientiam expresse advocamus nec non processus ipsius Friderici praepositi praedicti et per ipsum contra Johannem Canonicum defunctum praedictum ut praefertur et excommunicationis Sententias latas et fulminatas, queis tamen processerit et fulminati existunt expresse revocamus cassamus, annullamus nec non ipsas nullas et de Jure invalidas ac nullius esse roboris vel momenti declaramus. Et insuper ipsos Ernestum Decanum Wigenandum scolasticum et canonicos et perpetuos beneficiatos juxta sepulturam Johannis defuncti canonice processisse et ipsos propter sepulturam hujusmodi minime vitandos fore neque vitari debere. Et insuper eosdem

Erne-

Erneſtum Decanum Wigenandum ſcolaſticum et canonicos et alios perpetuos beneficiatos et vicarios praedictos ad omnem cautelam cum bonarum mentium ſit, culpas timere ubi culpa minime reperitur receptis ab ipſis primitus Juramentis de Stando Juri et parendo mandatis et ſanctae matris Eccleſie quantum tamen indigeant ab hujusmodi excommunicationis ſententia ſiquam inciderint aut ſiqua in ipſos per praepoſitum praedictum aut ejus officialem conjunctim vel diviſim lata vel promulgata exiſtat, hac vice duntaxat in dei nomine duximus abſolvendos et abſolvimus et abſolutos denuntiamus reſtituentes ipſos et quemlibet ipſorum in quantum indigeant et indigeat unitati ſancte matris eccleſiae et participationi Eccleſiaſticorum ſacramentorum. Que omnia et ſingula vobis omnibus et ſingulis ſupradictis et cuilibet veſtrum intimamus, notificamus et inſinuamus et ad veſtram ac ad veſtram et cujuslibet veſtrum notitiam deduximus et deduci volumus per praeſentes. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Eltvil ipſa die ſanctorum ſergii et Bachi martyrum anno Domini milleſimo quatringenteſimo octavo.

XLVIII.

Fundatio Vicariae altaris conſecrandi in honorem B. M. V. ſ. Michaelis Archangeli, Matthaei apoſtoli &c. 1410.

Ego *Wignandus de Wiſſenhus ſcholaſticus Eccleſie ſancti Martini heiligenſtadienſis* lucide proteſtor preſentium tenore et cupio, fore notum omnibus et ſingulis quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit, quod bona et matura deliberatione prehabita et de conſenſu et voluntate honorabilium virorum dominorum decani et capituli Eccleſie predicte, ut ibidem cultus divinus augeatur, nec non pro remedio anime mee et omnium progenitorum et benefactorum ſalute inſtauravi, creavi et erexi preſentibus et inſtauro doto, et erigo *unam vicariam altaris conſecrandi in honorem glorioſe virginis Marie ſanctorumque Michaelis Archangeli Mathei apoſtoli et ſancti epiſcopi ſiti in Eccleſia ſupra dicta* cum certis redditibus et penſionibus annuis et

perpetuis a deo mihi collatis videlicet cum duabus et dimidia marca uno fertone puri argenti erfordensis ponderis et valoris per modum reemptionis pro triginta sex marcis puri argenti erfordensis signi ponderis et valoris emptis nec non cum octo malderis tritici et decem malderis avene heiligenstadiensis mensure etiam comparatis per modum reemptionis pro centum et viginti florenis renensibus in auro ponderis bonis pro sustentatione cujuslibet vicarii dicte vicarie pro tempore existentis et presentati canonice ad eandem post mortem meam ipsis dominis decano et capitulo supra dictis ad instituendum et investiendum juxta consuetudinem Ecclesie memorate quoties ipsam vacare contigerit semper per patronum de heredibus meis utriusque sexus seniorem et proximiorem in gradu consanguinitatis, penes quos hujusmodi collationem jus patronatus seu jus presentandi reservabo presentibus et reservo ac remanere debet absque fraude et dolo; deficientibus vero heredibus collatio seu jus presentandi ad decanum et capitulum devolvatur. Etiam vicarius pro tempore sic presentatus et institutus et investitus debet esse idoneus et actu clericus prestetque domino Decano tunc existenti obedientiam in licitis ac honestis ac eidem et capitulo jurabit servare statuta et consuetudines Ecclesie jam dicte. Item quilibet vicarius dicte vicarie ad tres missas septimanatim celebrandas sit obligatus ac horis canonicis et missis quotidie et suo tempore vigilie fideliter debet interesse, nisi cause rationabiles et juste hec impediant. Ut autem hec instauratio dicte vicarie ut premissum est, in suo maneat robore firmitatis cum omnibus suis clausulis et contentis presentem Literam sub sigillo capituli predicti ad causas et meo dedi roboratam. Nos vero Tilemannus fabri decanus et Capitulum Ecclesie supra dicte recognoscimus, quod ad preces dicti domini scholastici dotatoris in evidentiam pleniorem omnium premissorum sigillum nostrum ad ipsius sigillum scienter apposuimus huic scripto. Datum et actum anno Domini millesimo quatringentesimo decimo feria sexta post festum conceptionis Marie virginis gloriose.

XLIX.

Digitized by Google

XLIX.

Confirmatio vicariae SS. Petri et Pauli, Matthiae &c. Heiligenſtadii 1413.

Joannes Adolfus de Naſſau prepoſitus Eccleſie Sancti Petri Jechburgenſis ac proviſor curie Archiepiſcopalis Erfurtenſis Commiſſarius ad infra ſcripta a Reverendiſſimo in chriſto patre et Domino noſtro Domino Johanne Archiepiſcopo Moguntino ſpecialiter deputatus univerſis et ſingulis preſentes has Literas inſpecturis et audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Inſtaurationem fundationem erectionem et dotationem *perpetue vicarie ſive altaris in honore beatorum Petri et Pauli atque Matthie Apoſtolorum ſanctorumque Fabiani et Sebaſtiani et beate Afre martyrum* cum competentibus redditibus pro congrua unius ſacerdotis ſuſtentatione in Eccleſia collegiata ſancti Martini Heiligenſtadii per providum virum Johannem Fuſt oppidanum opidi Heiligenſtad et Anthoniam ejus uxorem legitimam de conſenſu omnium heredum ſuorum motu pietatis factam dummodo tamen ſine prejudicio Eccleſie parochialis ſub cujus limitibus ipſa vicaria ſive altare predictum ſituatum exiſtit et cujuslibet alieni juris injuria facta exiſtant, rata habentes atque grata eaque auctoritate Domini noſtri Archiepiſcopi antedicti nobis in hac parte commiſſa tenore preſentium approbamus et confirmamus eximentes vicariam ſive altare predictum cum omnibus redditibus juribus et proventibus ſuis quantum in nobis eſt, ab omni exactione cujuslibet ſecularis poteſtatis jus vero preſentandi quoties ipſam vicariam ſive Altare predictum vacare contigerit, illi vel illis cui vel quibus id in Literis inſtaurationis ſive dotationis reſervatum exiſtit reſervantes. In cujus rei teſtimonium et ſigillum noſtrum preſentibus eſt, appenſum. Datum Heiligenſtad die Sabbati proximo poſt feſtum paſche anno Domini milleſimo quadringenteſimo tredecimo.

L.

Digitized by Google

L.

Consecratio summi altaris in Ecclesia B. M. V. Heiligenstadii 1420.

Universis christi fidelibus et sancte Matris Ecclesie filiis Nos *Frater Henricus dei et apostolice sedis gratia Episcopus Adrimitanensis* in pontificalibus vicarius Reverendi in christo patris et Domini nostri Domini Conradi electi et confirmati Archiepiscopi sancte Moguntine sedis recognoscimus publice per presentes, quod *summum altare situm in choro parochialis ecclesie in oppido Heiligenstad beate Marie virginis consecravimus* in honorem sancte crucis, beate Marie virginis, beati Bartholomei Apostoli, beatorum bonifacii, Cyriaci, viti, christophori, Erasmi Eustachii, Fabiani et Sebastiani martyrum, beate Agnetis virginis, beate Anne matris marie, et omnium sanctorum adhibitis etiam solemnitatibus debitis et consuetis. Et omnibus igitur vere poenitentibus contritis et confessis qui ad altare seu ad eorum prefatorum manus suas ad fabricam luminaria ornamenta, vel ad quevis alia pia opera seu necessaria porrexerint adjutrices vel in singulis festivitatibus videlicet nativitatis christi, circumcisionis Epiphanie passionis domini parasceve pasche Ascensionis penthecostes corporis christi gloriose Marie virginis omnium Apostolorum, omnium sanctorum nec non in commemoratione omnium fidelium animarum sanctorum Martyrum confessorum et sanctarum virginum duplicia festa habentium. In festivitatibus patronum et dedicationis que singulis annis celebratur tertia feria penthecostes et per octavas eorundem causa devotionis simul et orationis accesserint, aut qui Ecclesiam altare, vel cimeterium visitaverit vel convenerit orando pro omnibus fidelibus defunctis quinque pater noster et totidem Ave Maria, aut qui sanctissimum corpus domini et oleum sacrum cum ad infirmos deportatur, secuti fuerint, aut qui missis predicationibus, matutinis vel aliis divinis exequiis et mortuorum sepulturis fideliter interfuerint, divine propitiationis gratias petituri aut qui tempore quadragesimali hora completorii ad prefatas Ecclesias cum devotione confluxerint et ob reverentiam gloriose Marie virginis anthifonas salve Regina cum versiculo et collecta cantari audi-

audiverint, et quinque pater noster et totidem Ave Maria aut in serotina pulsatione campane ob reverentiam gloriose marie virginis tria Ave Maria flexis genibus interim devote oraverint quandocunque et quotienscunque aliquod premissorum devote fecerint nos omnipotentis dei misericordia beatorum Petri et Pauli apostolorum gratia confisi auctoritate qua fungimur de injunctis eis penitentiis quadraginta dies peccatorum criminalium et unam carenam indulgentiarum in domino misericorditer relaxamus. In testimonium omnium premissorum presentem Literam fecimus sigilli nostri appensione muniri. Datum Heiligenstad anno Domini MCCCCXX. ipsa die dominica, qua cantatur in Ecclesia judica.

LI.

Conradus Arch. Mog. confirmat fraternitatem calendariorum sedis Duderstad 1420.

Conradus dei gratia sancte Moguntinensis sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius universis christi fidelibus ad quos presentes litere pervenerint, salutem in eo qui est omnium vera salus. Ex parte devotorum nostrorum *fratrum Kalendarum sedis Duderstadt* nostre dyocesis nobis extitit humiliter supplicatum, quod cum dudum Predecessores ipsorum dictam fraternitatem, que fraternitas Kalendarum sedis Duderstat nuncupatur et per decanum per ipsos eligendum est solita gubernari pro augmento cultus divini et prenominatorum ipsorum fratrum cum exequiis decedentium peragenda et animarum ipsorum et omnium christi fidelium defunctorum remedio et salute instaurarint ita quod ipsi fratres certis diebus mensium maji, junii, augusti et octobris per dictos electis et eligendis assignatis et assignandis in capella beate virginis ville gerwillingerode seu in ecclesia alia alicui dictorum fratrum intitulata conveniunt seu convenire consueverunt et eisdem diebus vesperas de beata virgine et vigilias defunctorum cum nota in eadem ecclesia et die sequenti duas missas cum nota unam de beata virgine et aliam pro defunctis celebrare solemniter et devote et eleemosynas de bonis ipsorum dictis diebus pauperibus dare et distribuere, nec

non salvatoris nostri et ejus humilitatis exemplo movente eisdem diebus duodecim pauperibus pedum lotionem consueverint exhibere, nobis humiliter supplicantes, quatenus nos hujusmodi confraternitatem ratam gratamque habere et confirmare dignaremur gratiose. Nos hujusmodi precibus justis annuentes ob divini cultus augmentum et omnipotentis dei et gloriose virginis marie reverentiam, *hujusmodi confraternitatem fratrum Kalendarum sedis Duderstad predicte*, in quantum sine principalis, archiepiscopalis, archidyaconi loci, aut matricum ecclesiarum quarumlibet et cujuslibet alterius juris injuria et prejudicio facta est, ratam habemus atque gratam, eamque in dei nomine tenore presencium *approbamus et ex nostra certa scientia confirmamus*, omnia et singula mobilia et immobilia bona dictis fratribus oblata, donata, et legata inter ecclesiastica bona et tanquam ecclesiastica libertate fruentia in futurum reputantes et perpetuis temporibus volumus computari. Ceterum predictis fratribus ut rectorem sive yconomum inter se deputare possint et valeant quociens oportunum fuerit, qui pro ipsis et fraternitate eorum et bonis ipsorum quibuscunque agere et defendere possit coram judicibus competentibus tenore presencium liberam et plenam concedimus facultatem proviso tamen, quod nulla conventicula seu conspirationes, enormitates sive secte occasione hujusmodi fraternitatis fiant, aut ne hujusmodi litere usquam per modum questus deportentur, que sub excommunicationis pena late sententie hiis literis inhibemus. Que etiam si fierent, hujusmodi confirmationis gratiam irritam et indultum presens ipso facto volumus et decernimus esse nullum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Heyligenstadt ipsa die beati Oswaldi regis et martyris anno Dni millesimo quadringentesimo vigesimo.

LII.

Dotatio altaris decem millium martyrum Gerblingerodae 1420.

Ego Hermannus Molitoris pro nunc Magister curiae monasterii in Teistungenburg corde compunctus a domino deo remuneratio-

nem

nem ſperans in ſalutem anime mee ac animarum parentum ac progenitorum meorum propter augmentum divini cultus *quoddam Altare ſanctorum decem millium militum ſitum in capella B. M. Virginis in Gerblingeroda* in ſuis redditibus deſolatum, ſic quod perſona idonea de ipſis commode ſe ſuſtentare non poteſt, de bonis et rebus a deo mihi collatis de conſenſu Reverendiſſimi in chriſto Patris ac Domini Domini Archiepiſcopi Moguntini ſeu ejus in hac parte vicem gerentis ac religioſe Domine Abbatiſſe, Prioriſſe totiusque conventus dicti monaſterii in Teiſtungenburg quaſi de novo erigo, fundo et doto certis bonis et redditibus ſic, quod ſacerdos dicti altaris onera vel jura temporalia competenter poſſit ſufferre, reſervans mihi et cuilibet in officio Magiſtratus curie predicte conſtituto et nulli alteri, quotiescunque dictum altare contingeret vacare, perſonam idoneam in ſacerdotio conſtitutam, jus preſentandi, diſponendi et aliis mihi de jure competentibus ſalvis et reſervatis. In quorum evidens teſtimonium ſigillum officialatus prepoſiture Heiligenſtadienſis pro me, quia ſigillo proprio careo, de conſenſu dicte domine Abbatiſſe, Prioriſſe et Conventus predicti ſigillo conventus duxi roborandum. Et nos officialis Prepoſiture Heiligenſtadienſis, Abbatiſſa, Prioriſſa totusque Conventus in Teiſtungenburg recognoſcimus, quod ſigilla noſtra, prout hic fit mentio, in fidem et teſtimonium omnium premiſſorum ob rogatum dicti Hermanni nobis ſcientibus et conſentientibus ad majorem evidentiam dicte fundationis ſint appenſa. Datum anno domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo.

LIII.

Confirmatio Vicariae fundatae a Wickenando de Witzenhuſen Scholaſtico ad S. Martinum Heiligenſt. 1423.

Johann. de Rengelrode Canonicus S. Martini Heiligenſtadienſis proviſor curie Erfordenſis Commiſſarius ad infra ſcripta a reverendiſſimo Patre Domino noſtro Domino Conrado Sancte Moguntine ſedis Archiepiſcopo ſpecialiter deputatus univerſis chriſti fidelibus preſentibus inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus.

Instaurationem, erectionem, fundationem et dotationem perpetue vicarie Altaris consecrati in honore B. M. V. SS. Michaelis Archangeli, Johannis baptiste, Matthei Apostoli et S. Episcopi siti in Ecclesia S. Marthini predicta per honorabilem virum dominum *Wickenandum de Wützenhusen* scholasticum dicte Ecclesie Heiligenstadiensis cum competentibus reditibus pro congrua unius sacerdotis sive clerici rectoris pro tempore existentis sustentatione factas et datas ratas habentes atque gratas easque auctoritate dicti Domini nostri Moguntini nobis tradita approbamus et in dei nomine confirmamus per presentes, eximentes nihilominus eandem vicariam et omnia bona ad ipsam spectantia quantum in nobis est, ab omni exactione cujuslibet secularis potestatis, jus patronatus vero seu presentandi dictam vicariam quoties eam vacare contigerit, illi vel illis, cui vel quibus id in Litteris dotationis et consensus desuper confectis reservatum extitit reservantes. In quorum evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Heiligenstad ipsa die beatorum Cosme et Damiani Martyrum anno Domini millesimo quatringentesimo vigesimo tertio.

LIV.

Pensio annua Leprosis in hospitali S. Spiritus prope Heiligenstadium vendita 1431.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quatringentesimo tricesimo primo, indictione nona die vero lune vicesima quarta mensis septembris pontificatus sanctissimi in Christo patris et Domini nostri Domini Eugenii divina providentia Pape quarti anno suo primo in mei notarii publici testiumque subscriptorum presentia personaliter constitutus discretus vir Henricus Fleyge opidi Heiligen- opidanus cum consensu, ut asseruit Alheidis sue legitime publice recognovit, se suis et omnium suorum heredum nominibus justo venditionis titulo vendidisse honorabili viro domino Conrado Sure de Grebinsteyn vicario ecclesie S. Martini heilig. et post ejusdem Domini Conradi obitum pauperibus hospitalis S. Spiritus extra muros dicti opidi et presertim *leprosis* pensionem annuam unius

floreni

ſloreni rhenenſis boni auri et juſti ponderis pro decem ſlorenis ſimilibus ipſis venditis, complete et utiliter perſolutis ſingulis annis hujusmodi penſionem ad quatuor tempora quatuor temporum anni prout eadem eccleſia ſancta celebrat, absque damno areſtatione, occupatione et inhibitione quorumcunque dominorum ſeu judicum dandi et benevole perſolvendi de domo et area ſuis ſitis in dicto opido inter molendinum dictum fronenmulle et domum Tilonis Lokinfelt et de duobus agris terre arabilis ſitis uff dem Kalinberge inter agros Ditmari Korſinwechter et Hermanni Heyne aſſeruitque idem venditor hujusmodi domum, aream et agros ante hujusmodi contractum nemini fore obligatos, neque inpoſterum alicui velle obligare, vendere aut penſione aliqua alia onerare ſine ſpeciali conſenſu dicti emptoris, defectum etiam, ſi quem in dictis domo, area aut agris, quomodolibet fieri contingeret, de omnibus et ſingulis aliis ſuis bonis adimplere et dictam penſionem integre dare et perſolvere velle ut preſcribitur legitima ſtipulatione interveniente prefatus venditor ſuis et omnium ſuorum heredum nominibus promiſit, iſto tamen ſpeciali favore dicto venditori et ſuis heredibus conceſſo, quod hujusmodi penſionem reemere poſſunt pro ſimilibus decem ſlorenis auri et ponderis predicti, quando ipſis aut eorum alteri viſum fuerit expedire. De et ſuper quibus omnibus premiſſis idem venditor ſibi unum vel plura, publicum ſeu publica a me notario ſubſcripto fieri petiit inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hec Heiligen. in domo habitationis mee, ſub anno, indictione, die, menſe et pontificatu, quibus ſupra preſentibus ibidem discretis viris Tilone Reckershuſen et Heyſone Sullinkome dicti opidi opidanis teſtibus ad premiſſa requiſitis et rogatis.

Et ego Bertoldus Gebehardi clericus Moguntine diecesis publicus Apoſtolica et imperiali auctoritate notarius premiſſis omnibus interſui ideoque preſens publicum inſtrumentum manu mea ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi et publicavi ſignoque et nomine meis conſuetis ſignavi requiſitus in ſidem omnium premiſſorum.

Digitized by Google

LV.

Confirmatio Vicariae ad S. Spiritum Heiligenstadii anno 1433.

Joannes de Rengelderode Praepositus Ecclesiae Sancti Petri Jechburgensis Provisor curiae Archiepiscopalis Erfurtensis, Commissarius ad infra scripta a Reverendissimo in Christo Patre et Domino nostro Domino Conrado Sancte Moguntine sedis Archiepiscopo specialiter deputatus, universis et singulis Christi fidelibus praesentes Literas inspecturis et aliis quorum interest, quosque infra scriptum tangit negotium aut taugere poterit in futurum salutem in Domino. Instaurationem, erectionem, fundationem et dotationem *perpetue vicarie ad altare summum consecratum in Ecclesia seu capella Arch. Heil. Sancti Spiritus extra muros oppidi Heiligenstad* per honorabiles Dominos Eckardum Lokern Canonicum, Conradum Suren vicarium Ecclesiae S. Martini, nec non per providum Johannem Phryenen oppidanum oppidi Heiligenstad pro divino cultu augmentando cum competentibus Redditibus pro congrua unius sacerdotis sive Rectoris pro tempore existentis sustentatione factas et dotatas, dummodo absque praejudicio Ecclesiae Parochialis in cujus limitibus situatum extitit, sive existunt, ratas atque gratas habentes, easque autoritate Domini nostri Archiepiscopi Moguntini nobis tradita et concessa approbamus et per presentes in Dei nomine confirmamus, eximentes eandem vicariam cum suis Redditibus ab omni onere, praestatione et exactione peculiari: Jus vero Patronatus seu presentandi dictam vicariam, quotiens ipsam vacare contigerit, illi vel illis quibus in instaurationum literis reservatum extitit, reservantes in quorum fidem et Testimonium praemissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Heiligenstad pridie nativitatis S. Johannis Baptistae anno millesimo quadringentesimo tricesimo tertio.

Digitized by Google

LVI.

Littera ad Capellam S. Liborii et S. Crucis de Eleemosynis ad fabricam trium parochiarum pertinens 1437.

Nos *Henricus de Nörthen decanus* et Capitulum ecclesie Sancti Martini Heiligenstadiensis, Maguntinensis dioeceseos universis et singulis Christi fidelibus praesentibus cupimus fore notum quod expositum nobis extitit per Magistros fabrice nostre Sancti Martini predicte et beate Marie et Sancti Aegidii parochialium ecclesiarum in Heiligenstadt quod elemosine que preteritis longevis temporibus in cera in ferro in pecuniis et aliis rebus per Christi fideles erogabantur, et consueverunt erogari in Capella sive Clausorio non consecrato Sancte Crucis et Sancti Libory appellato extra muros opidi et ante valuam *das Bergethor* vulgariter nuncupato sito et que elemosine ad longa tempora et ex antiqua et laudabili prescripta consuetudine de nostro et predecessorum nostrorum scitu et consensu ad fabricas predictarum trium ecclesiarum et ad structuram et aliorum necessariorum earundem per eosdem Magistros fabrice converse fuissent et essent hujusmodi elemosine predicti Clusorii Sancte Crucis et Sancti Libory per quandam aliam Capellam sive Clusorium similiter nondum consecratum extra civitatem dicti opidi ubi in antea nunquam fuit aut esse consuevit aliqua structura et extra valuam *das Holzbrückenthor* vulgariter appellatum situm noviter erectum similiter ad sanctam Crucem appellatum ad quod Clusorium jam Christi fideles confluere et elemosinas suas porrigere incepissent, et ex hoc elemosine Clusorii Sancte Crucis et Sancti Libory adeo diminute fuissent et sunt et continue de die in diem magis et magis diminuerentur, sic quod onera fabricarum que per elemosinas primi Clusory ante erectionem secundi expediebantur ac expedita relevata fuerunt, modo expediri et relevari nequaquam poterint in grave prejudicium ecclesiarum trium predictarum supplicantes nobis ut collatoribus et patronis veris earundem ecclesiarum quatenus ipsis ecclesiis oportune quatenus providere elemosinas secundi Clusory in restaurum et relevamen elemosinarum diminutarum ad fabricas ecclesiarum trium

sepe-

ſcpenominatarum deputare et libere donare dignaremur. Nos vero decanus et Capitulum premiſſa ſcientes veritate fulciri et intempnitatibus eccleſiarum predictarum quantum cum Deo poterimus cavere et providere cupientes elemoſinas Cluſorii Sancte Crucis noviter erecti ſupradicti inibi per Chriſti fideles porrectas et erogatas erogandas ac porrigendas in relevamen et reſtaurum diminutarum ne pretextu diminutionis primarum elemoſinarum eccleſias ſupradictas in ornamentis luminaribus et ſtructuris conſuetis defectum paciantur et collabi contingat fabricis predictarum trium eccleſiarum pure propter Deum perpetuis temporibus deputavimus dedimus et aſſignavimus ac praeſentibus deputamus damus et aſſignamus per praeſentes Magiſtrisque fabrice Eccleſiarum trium predictarum pro tempore exiſtentibus ut hujusmodi elemoſinas erogatas et erogandas pro tempore et in utilitatem earundem eccleſiarum convertere poterint, plenariam concedimus et damus facultatem. In quorum evidens teſtimonium premiſſorum Sigillum Capituli noſtri quo ad cauſas utimur preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo die decima quarta Menſis February.

LVII.

Praepoſitus Heiligenſtadienſis remittit exuvias parochis praepoſiturae ſuae 1440.

Ego *Henricus Loubing* legum doctor, in decretis licenciatus et *prepoſitus eccleſie Sancti Martini in Heiligenſtad* cum univerſorum chriſti fidelium voluntates ad hoc precipue obnoxias cognoverim ut quantum queant, divinam ſuis debeant devotionibus placare majeſtatem, cleri libertatem quem pro ſalute animarum interceſſorem apud Deum ipſa profeſſio conſtituit, humaniter confovere et ipſorum rem publicam atque ſtatum pro viribus adaugere: hinc ſumpta occaſione cum clerum atque plebanos prefate prepoſiture mee propter exſolutionem imo verius perceptionem exuviarum quas per prepoſitum pro tempore exiſtentem expetere et exigere conſuetudo indulſerat longeva, variis dispendiis implicatum et preſertim dotem parrochiarum ſuarum, quam inhabitare ipſe clerus conſueverat, in re ſua fami-

familiari in deterius dietim adolescentem suggestum habuerim usque adeo, quod nonnullos dictarum exactio exuviarum in cummulatione conservationeque rerum hujusmodi quas ad Praepositos conspexerit provenire debuisse desides faceret et negligentes quin imo usurpatis fraudibus etiam ad alienationem ipsarum rerum, priusquam diem clauderent extremum, in prepositi pro tempore agentis jacturam in actione hujuscemodi rerum crebrius obvenientem nonnullos prosilire prospexerit prior etas, volens itaque quo possum ingenio istis occurrere exitiis statui prefate preposituré mee consulere, fraudes deflectere, et cleri ipsius prepositure mee ditioni subjecti gravamina amputare, matura deliberatione prehabita presentium tenore recognosco et tam ad presentis evi, quam futuri hominum notitiam cupio pervenire, quod cum universis et singulis prefate prepositure mee plebanis conventum concordatum et in animi voluntate resessum est, ut de cetero nec ego nec successores mei in prefata prepositura debeo aut debeant ab eis et quibuslibet eorum exigendi petendi et recipiendi habere facultatem sed ab earundem extorsione cessare penitus et omnino, cujus pretextu earundem exactioni et petitioni in antea faciendum, quantum futurus concederet, eventus remotis per presentes firmans quod ipsi et quilibet eorum et eorum successores super deinceps contingentibus exuviis ad solutionem earum arctari non debeant quoquo modo. In cujus compensam et restaurum plebani supradicti omnes et singuli pro se et suis successoribus bona fide animo deliberato et ex certa ipsorum scientia promiserunt et quilibet eorum promisit in numerata pecunia ducentos et viginti florenos renenses boni auri et justi ponderis exhibere dare et solvere expedite, uti in prompta pecunia benivole persolverunt in utilitatem meam, successorum meorum et dicte prepositure mee convertendos. In cujus rei testimonium presentium seriem signeti quo perfruor, appensione corroboravi. Datum in Steinheim ipso die Pentecostes anno Domini millesimo quadringentesimo, quadragesimo.

Et nos *Wederoldus Zygeler ecclesie beate Marie virginis in Heiligenstad, Johannes Cratz ecclesiae sante crucis in Aldendorf et Godefridus ecclesiae sanctorum Cosme et Damiani in Geisleden plebani*

 nomine

nomine et mandato omninm aliorum plebanorum qui agunt ſub jurisdictione venerabilis et egregii Domini Heinrici prepoſiti prefati in hanc conventionem et concordiam conſentimus ipſamque meliori modo via, jure, cauſa et forma, quibus melius poſſumus et debemus admittimus, acceptamus et approbamus bona fide et conſcientia omnia et ſingula capitula que in concordie hujusmodi chyrographo continentur, declarantes expreſſe, quod per inde aliis dicti prepoſiti et prepoſiture ſue juribus derogare non intendimus quoquomodo, in cujus rei firmitatem hanc paginam noſtrorum ſigillorum appenſione communimus et corroboramus. Datum quo ſupra anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo.

LVIII.

Conrad Moer Pfarrer zu Duderſtadt bewilliget den Bau eines Hauſes und einer Kapelle für arme Siechen 1443.

Kunt ſy allen Lüden, die düſſen Brieff ſeyn edder hören leſen nademe de Erſamen wiſſen Manne de rademanne itzund tho Duderſtadt in willen ſyn tho buwende darſelveſt *eynen Spettal vor arme Seyken Lude eyne Capellen, eyn Altar darinne und eynen Kerckhoff darumme vor deme weſterdor* by der Hale in de Ere des almechtigen godes, unſer leven Fruwen, alle godes heiligen unde *beſundern ſünde Martens des heiligen Biſchoppes unde haben darumme mich Conrat Moer Perner darſulveſt tho Duderſtad* gebeden mynen willen unde fulbort umme godes willen tho der gnanten Cappellen, Altar, Kerkhoffe unde Spettale tho buwende tho geben, als gebe ich Conrat Moer perner tho ſollicher gotlicher Bede vor mich unde vor alle myne Nakomen tho der gnanten Parkerken, we de tho tiden ſint, edder werden myne fulbort unde willen und erlobe dat meth Kraft duſſen Breiffes ſolken gebüwe tho donde lathen und in der Cappellen eynen altar uff dat got unſe leve Fruwe alle helligen unde beſundern ſinte Marten darmede und von gelovet geeret werden. Dar tho ſo mogen ſie ober deme Altare eyne, tü drey edder meer miſſe beſtellen twiſchen der Fromiſſe unde der Homiſſe tho leſende

in

Digitized by Google

in der weken unde deme edder den dey de lessen wert edder werden, degentliken lonen. Willen aber de gnanten ratmanne, edder ymandes anders eyn Lehn tho deme gnanten altare stiften eyne Commissien edder anderst wy dat namen mochte gehaben edder gewynnen begeven stiften unde maken, dat schal gescheyn myt weten, willen unde fulbort eynes Perners de tho tiden is anders schal dat nicht macht hebben. ouch scholen de solke misse alse geredet is, lesen werden, deme Perner tho Duderstadt, de tho tiden is, unde sinen vicegerenti gehorsam syn; myt Korgange tho hogen tiden und anderst myt allen stücken, alse andern Priestern, de altaria darsülvest han, edder belesen, und alle opper, dat uff dem altar der cappellen geoppert wert, handelagen unde antworden eynem Perner tho Duderstadt edder sinem vicegerenti ane wedersprake unde geverde. Unde eyn Perner tho tiden, sin vice gerens edder ey ander, den sie dat heten, mach in der cappeln singen edder lesen, wan öhn des gelüstet. Ouch scholen de Lüde, de in deme Spettal wonen de Sacramenta der heiligen Kerken von neymande anders entpfangen, den von eynem Perner, edder weme he dat befelet, unde der Prester edder de solke misse alse obengeser. lesende werden, schal edder scholen des nicht tho donde hessen. ouch schalme eynen twene edder drey Stocke tasseln edder dische setten myt bilden edder ane bilden wo dat bequeme is tho settende in edder vor der cappelle myt der tasseln umme gan in der Kerkwigunge unde süst tho hogen Festen unde de myt twen sloteln besluten derselben sloteln schal eynen hebben der Perner unde den andern de radt edder formunden darsülbest du de to tiden sin, unde wat in de stocke tasseln edder dische geoppert wert uth gescheyden up dem Altar in dussen negesten dren jaren nach datum dusses Brieffes dat schal alse komen unde vallen an de gebuwe darselbest. wan aber de dren jar umme und vorlopen sin unde nicht eer so schollen twey teyl des oppers der stocke tasseln unde dische komen unde gefallen an dat genante gebuwe unde dat dredde deyl schal werden eynem Perner de tho tiden is ane wedersprake unde geverde. ock en schalmen in de cappellen edder up den Kerkhoff neymandes graffen ane des Perners weten unde willen uth gescheyden de armen

Lude de in deme Spettal vorsterven, de machme dar begraffen, so doch dat eyn Perner Parrecht dar anne beholde unde auch fordre wat Parrecht anrörende were en solde nicht gescheyn ane myne edder myner Nakomen willen. *Ouch alle opper dat in der Kluss de an deme Kerkhosse des heilligen geistes vor deme steyndore steyt* unde in den opperstock daranne dat gereide dewille de Kluss gestanden heft, dar geoppert is unde dat in dussen negesten dren Jaren nach datum dusses Briefles geoppert wert, dat schal alle bliben unde folgen unde gefallen tho deme gebüwe der cappellen unde des Huss thom heilgen geiste darsülbest unde deme wege unde straten darby de sulben darmede tho betteren. wan aber de dren jar umme unde vorlopen sin, so scholen twey deyle des oppers, dat in de Kluss unde in den stock daranne geoppert, komen und fallen an den genanten gebuwe der genanten Cappellen tho den genanten Huse tho dem hosse thom heilgen geiste unde tho dem wegen unde straten darby unde dat dredde deyl eynem Perner de tho tiden is ane wedersprake unde geverde. Unde myt den sloteln des stokes eth holden in mathen myt den anderen Stocken unde Sloteln oben gerört is. Düsser Dinge tho orkunde habe ich Conrat Moer Perner vor mich und alle myne Nachkommen myn Ingesegel gehangen an dussen Brieff unde wy rademanne tho Duderstadt unse Ingesegel der stadt gehangen an dussen Brieff. Ock tho merer bewisunge so haben wyr Conrad Perner und rademanne tho Duderstadt de ersamen Herrn den offic. tho Heilingenstadt gebeden dat her syn Ingesegel der officialiteten tho merer Sicherheit dusser Dinge so dat myt unser aller weten unde fulborth unde verhengnisse dorch gegangen is unde gehalden werden schal, gehangen hath an düssen Brieff, der gegeben ist nach Cristi geburdt unsers herrn viertheyn hundert Jar darna in deme drey unde viertigesten Jare uff dinstach nach Nativitatis gloriose virginis Marie.

LIX.

LIX.

Theodericus Arch. Mog. prohibet, ne Calendarii Heiligenstadienses missas, vigilias celebrent eodem tempore quo divina officia in collegiata ecclesia peraguntur 1445.

Theodericus dei gratia Sancte Moguntinensis sedis Archiep. sacri romani imperii per Germaniam Archicancellarius honorabilibus *Commissariis ac judicibus nostris generalibus in spiritualibus per terminos Thuringiae, Eichsfeldiae, Hassie, Saxoniae et Westfalie constitutis* devotis et fidelibus nostris in christo dilectis salutem in Domino. Ad audientiam nostram veridicorum relatione crebris vicibus exstitit deductum quod nonnulli plebani sive rectores parrochialium ecclesiarum in oppido nostro heiligenstadiensi nostre dioecesis et certis aliis parrochialibus ecclesiis circumjacentibus *fratres calendarum sedis heiligenstad nuncupati* inter quos fratres quam plurimi et notanter major pars ipsorum fratrum vicarii, sive beneficiati in collegiata ecclesia Sancti Martini dicti nostri heiligenstadiensis oppidi existunt, qui certis anni temporibus in ipso oppido heiligenstadiensi ad celebrandum missas et vigilias defunctorum convenire consueverunt ac missas et vigilias hujusmodi tempore minus congruo, videlicet quando missarum solempnia, nec non vespertinum et alia divinorum officia in dicta collegiata ecclesia Sancti Martini et solent decantare et celebrare non verentur in dicte ecclesie Sancti Martini et personarum ejus non modicum prejudicium pariter et detrimentum. Quapropter ipsi rectores sive plebani et in dicta ecclesia S. Martini beneficiati ob questum pecunie et avaritie causa, se ab ipsa ecclesia absentant, ad ecclesias parochiales predictis tum inserviendo, et ipsis vigiliis et missis defunctorum interessendo, unde divinus cultus in dicta ecclesia Sancti Martini diminuitur, divinorum officia negliguntur, populique christiani devotio quamplurimum decrescit. Idcirco nos Theodericus Archiepiscopus supradictus his, in quantum tolerari non poterunt, justitia mediante obviare divinumque cultum in sepe dicta ecclesia S. Martini Patroni nostri extollere et ampliare cupientes, prout nobis ex nostro pastorali incumbit officio, sed quia aliis arduis

h 3 nostris

noſtris et eccleſie noſtre moguntinenſis prepediti negotiis executioni ulteriori ipſimet intereſſe non poſſumus, idcirco vobis omnibus et veſtrum cuilibet, in ſolidum, quibus in his et aliis ſpecialem in Domino gerimus fiduciam, committimus vices noſtras mandantes vobis, quatenus vos de premiſſis diligenter informetis, vocatis tamen per vos primum, qui circa premiſſa merito fuerint evocandi, et ſi per diligentem informationem premiſſa veritate fulciri ac in cultus divini diminutionem in dicta ecclesia collegiata heiligenſtadenſi cedere inveneritis, ea juxta veſtre discretionis intellectum, in quo conſcientias veſtras oneramus, penſatis hinc inde penſandis commutetis ſtatuendo etiam auctoritate noſtra ordinaria, ut deinceps vigilie et miſſe defunctorum predicte temporibus congruis et oportunis per dictos fratres calendarum ſic ſerventur, quod ſepedicta eccleſia collegiata heiligenſtadenſis in horis canonicis et officiis conſuetis et debitis minime privetur miniſtris ac per hoc cultus diminuatur ultra ſolitum divinus. Ut autem premiſſa et per vos aut quemlibet veſtrum auctoritate noſtra perpetuo firmentur, durationis preſidio omnes et ſingulos, qui in futurum pro tempore exiſtunt, communiter et diviſim in executores eorum, que ſtatuenda duxeritis, ordinamus et deputamus ut ea que in premiſſis ſtatueritis, autoritate noſtra manu teneant, foveant atque debite executioni demandent, eis omnimodam damus et concedimus poteſtatem contra dictores per cenſuram eccleſiaſticam et alia juris remedia optima compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, timore, vel favore ſubtraxerint, cenſura ſimili compellatis veritati teſtimonium perhibere in cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Aſchaffenburg die tertia menſis Februarii anno Domini milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo quinto.

LX.

LX.

Confirmatio Vicariae S. Crucis S. Liborii &c. in capella S. Liborii 1450.

Nicolaus Trotte ſcolaſticus eccleſie Sancti Petri Fritzlarienſis, proviſor curie Archiepiſcopalis Erffordenſis, commiſſarius ad infra ſcripta a Reverendiſſimo in Chriſto Patre et Domino noſtro Domino Theoderico Archiepiſcopo Moguntino ſpecialiter deputatus univerſis et ſingulis preſentes noſtras litteras inſpecturis, viſuris, audituris et lecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum honorabilis vir quondam *Dominus Conradus ſure perpetuus Vicarius* in eccleſia Sancti Martini Heiligenſtadt Maguntine dioeceſis pie devotionis Zelo motus in remiſſionem peccaminum anime ſue ſuorumque progenitorum et omnium benefactorum *quandam perpetuam Vicariam in Capella Sancti Libory extra muros opidi Heiligenſtadt*, ſita in honorem omnipotentis Dei, glorioſe Marie virginis ejus genitricis, Sancte Crucis, Sanctorum Liborii, Eowaldi, Leonardi, Valentini confeſſorum, Catharine et Margarithe virginum et omnium ſanctorum cum ſumma Capitali trecentorum florenorum auri, de venerabilium virorum Dominorum Decani et Capituli dicte Sancti Martini Heiligenſtadienſis eccleſie expreſſo conſenſu et voluntate de tribus miſſis hebdomatim celebrandis erexerit, dotaverit, fundaverit inſtauraverit juxta tenorem litterarum inſtaurationis et dotationis deſuper confectarum, unde nos ipſius Domini Conradi pio concurrente affectu erectionem. dotationem, fundationem et inſtaurationem predictas, dummodo tamen absque praejudicio juris alieni proceſſerint, ratas et gratas habentes easdemque auctoritate Domini noſtri Archiepiſcopi Moguntini ſupradicti nobis in hac parte commiſſa, in Dei nomine approbamus et confirmamus preſentium ſub tenore, eximentes vicariam eandem ab omni onere et poteſtate ſeculari, jus vero patronatus, ſive preſentandi ejusdem, illi vel illis, cui vel quibus in ipſis dotationis, fundationis et inſtaurationis litteris reſervatum extitit, reſervantes. In cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtri proviſoratus preſentibus eſt appenſum. Datum Erffordie anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo Die Jovis ſeptima menſis Maji.

LXI.

LXI.

Tile von Gerwershausen wird mit dem Kirchenlehen zu Martinfeld belehnt 1452.

Wir *Adolff grave zu Nassouw* Thumher &c. Provisor zu Erfurte und Amptman zu Rusteberg bekennen in dessme uffen briefe So als dy veste *Kerstoffel von Tastungen* und sine eldern das *Kerchlehen zu Martinfelt* von unserm gnedigen heren von Mentze unde sinem stifte zu lehne gehad und getragen haben, als hat unss der obgenannte Kerstoffel solch obgeschreben lehen an stad unsers gnedigen herrn uffgegeben unde vorlassen unde damede gebeden dass wir den vesten *Tilen von Gerwershusen* unde sinen Erben damede belehnen wullen von wegen unsers gnädigen Hern hern von Mentze, als haben wir den ergenannten Tilen und seine Erben med solcheme Kerchlehn belehnet von wegen des hochwürdigen in God Vaters unde hern hern Ditherichs Erzbischoff zu Mentze unde sines stiftes in aller masse, so das Kerstoffel von Tastungen zu Lehne getragen und gehabt had ane Geverde. Das zu Urkunde han wir Adolff grave obigenant unser Sekret unden an dessen Briff thun hengen. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo feria sexta post Dominicam jubilate.

LXII.

Stiftung einer Vicarie aus der Verlassenschaft des Kanonikus und Cantors Bertold Gebehard 1458.

Wir hyr nachgescreb. *Heyse Krauwel im geistlichen Rechte Doctor*, Conradus Prusse, Wederoldus Ziegeler, Canoniken Laurentius Kadant, Heynricus Geberhardi unde Nicolaus Lins Vicarien Sant Mertins Kerchen zu Heyligenstad testamentarien unde Seelenwertere, etzwann des werdigen Herrn *Bertoldis Gebehardi Senger und Kanoniken der egnanten Mertinskerchen* daselbigst zcu Heiligenstad bekennen uffenbar in dissem brife so als der vorgenanter bertold seliger Gedechtnisse *syne ewige Vicarie in der egnanten Martins Kerchen* in Ere des almächtigen Godes der Königinn Jungfrauen Marien der heiligen

Aposteln

Apoſteln unde Jungfrauben, Andree, Bartholomei, barbere, Katherine Dorothee Erasmi und Anne] zue Stiftende und myt einer Summen Geldis, myt namen fienff hundert Gulden zue bewe demen und zue begifftigende ſyner und ſyner Eldern und Wolteder ſele zue Heyle und troſte vorgeſatzt hatte und des doch todis halben vorkommen iſt, ſo daſs eyn ſolchis doch in by ſynen lebtagen nicht follenbracht iſt. Uff das her nun ſolcher ſyner guden meynungen und vorſatzes nicht beraubit, ſondern ſollenbracht werde, alſo haben wyr myt willen, ſolborde und Verhengniſſe der werdigen Herrn, ern Otten Zcellemans dechants, hern Gottfried Santwegen Schulemeyſters und des gantzen Capitels darſelbiſt zu Heylgenſtad ſolche Stiftungen der Vicarie von deme egenanten ern bertolde begreffen, follenbracht und ſolche vicarie *uff den Altar Sanct Liborii gelegen in der egenanten Sanct Mertins Kerchen geleget beſtiftet und bewedemet* myt fünfhundert Gulden darzue von deme egenanten Hern bertolde gegeben, und ſolcher vicarie ſal ſyn und werden dy erſte Beſitzer *herwicus Gebehardi*, ſon etzwanne curd Gebehardi, Bruder des egenanten Hern bertoldis und der egenante heynricus ſal ſolcher vicarie halben Gehorſam thun eynem Dechan der zu züden iſt, unde ſich weſentlichen halten in allen Sachen, ſo andere vicarien thun, unde he ſal zu ſolcher vicarie dy denne myt funfhundert gulden begifftiget iſt, alle wochen holden drey Meſſen. Solcher Meſſen ſal her eyne halden uff den Montag vor alle glaubige Selen unde darinne gedenken des egenanten hern bertoldis ſyner Eltern und woltaedern Sele und aller der jhener dy us dem geſchlechte vorſterben. Her ſal auch uff den Sontag abint davor eyne lange vigilie leſen. Dy andire meſſe ſal egenante herwicus und ſyne Nachkommen leſen uff den mittewochen von der heiligen Dryvaldigkeyt myt einer Collecten von der vergangenen Dominiken. Die dretten Meſſe ſal der egenante vicarius ſingen uff den Sonnabent nach der metten von unſer liben Frouwen myt dem Kyrie, das men nennt das gulden Kyrie, und ſolche Meſſen ſollen öme helfen ſingen dy chorales dy zu Zcyden ſyn uff dem Stiffte zu Heylgenſtad da vor iſt on gegeben ſechzig gulden nach lude eynes bryfs. Der Zcinſe ſolcher ſechzig gulden ſollen ſie ſich gebruchen unde davor ſolche Meſſe

helfen deme vicarien der zcu geziden ist, singen. Were es aber sache, das der Chorales vorgang wurde, adder aber nicht wolden helfen solche Messen singen, alsdann so sal und mag der vicarius der egenanten vicarie, der zu Ziden ist, ane ydermans wedderrede und insage solche Zeinse von den sechzig Gulden uffnemen und etliche damede Krigen, unde gewyne, dy öme solche messe helfin singen. Und in allen Messen sal der vicarius sonderlich des egenanten Hern bertoldis syner elteren und wolteder und alle der Ibene, dy us deme Geschlechte vorstorben seyn, gedenken; und wann denn von todis wegen des egenanten Hern Gebehardi solche vicarie, den God lange friste vorlediget wert, alsdann sal Gebehard, Gebehardis etzwan des egenanten Hern bertoldis bruder solche vicarie unde darnach der eldiste us deme gebehardischen Geschlechte es sy man addir frauwe, so dicke dy vorleddiget wert, bis an das funffte beyn inclusive von dem egenanten Gehebard anzuhebende unde nicht vorder vorligen ane ydermans insprache und wedderrede. Und so denn das fünffte Kny adder Erbe von Gebehardi Gebehardis an, zcu zelende vorleggen had und der vicarius der solche vicarie von deme fünfften Kny adder Erbe geliggen worden ist vorleddiget wert alsdenn sal gantz unde gar dy vorligung solcher vicarie der erben halber verloschen syn und dy vorder nicht me ligen sollen, sondern dy ligunge der egenanten vicarie als dicke dy vorleddiget wert sal fallen und zustehen czu ewigen geczyten dem eldisten Dyacono Canonico uff dem Stiffte zcu Heylgenstad. Also und in solcher mase vor wen das Capittel biddet solche vicarie zcu ligende deme sal der eldiste Diaconus Canonicus und anders nymande solche vicarie ligen. Ouch so sollen dy bryffe der egenanten funffhundert Guldin und ouch dy bryse der sechzig Gulden den choralibus zcustehende davor sy sollen helfen singen solche Messe in deme Kasten der Vicarien behalden werden unde ob enich bryff worde abegelöst: als dicke des geschege, sal man das Geld in den Kasten legen und so das wedder angelegit wert sal man dy bryse wedder an dy Stelle legen ane alle argelist und geverde. Unde des zcu orkunde haben wyr heyso, Conradus und wederoldus unse ingesigele an dissem bryff gehangen, des wyr vorbenanten testamentarien

tarien mede gebruchen. Und wyr Otto ezelleman dechan Gottfridus Santeweg Schulemeyster und gantze Capittel des egenanten Stifts Sanct Mertins bekennen und beczugen uffenbar in crafft dysses bryfes, das solche Stiftunge der egenanten vicarie myt unsem willen, willen folborde Gunst und Verhengnisse geschehen ist unde des czu orkunde haben wyr unser ingesigel des wyr zcu Sachen gebruchen by der egenanten testamentarien sigille gehangen. Datum anno Domini quadringentesimo quinquagesimo octavo uff den Sonnabent nach Bonifacii.

LXIII.

Confirmatio Dietheri Archiepiscopi Moguntini Privilegiorum, consuetudinum et bonorum tam mobilium quam immobilium Ecclesiae S. Martini Heiligenstadii 1460.

Dietherus Dei gratia Sancte Moguntine sedis electus et confirmatus sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius ac princeps elector Honorabilibus Decano et capitulo singulisque Canonicis et beneficiatis Ecclesie Sancti Martini opidi nostri Heiligesladen. nostre Diocesis devotis nobis in Xto dilectis salutem in Dno sempiternam. Cum ex injuncto pastoralis officii debito quoscunque nostros et Ecclesie nostre subditos, in suis juribus et libertatibus teneamur modis quibus possumus conservare volentes vos et Ecclesiam vestram affectibus prosequi favorosis, presertim ut eo uberius pacis tranquillitate gaudere nec non liberius frequentiusque divinis laudibus et officiis insistere valeatis omnia et singula vestra privilegia ac libertates a nostris predecessoribus sub quacunque verborum forma vobis et Ecclesie vestre concessa et concessas confirmata atque confirmatas nec non statuta et consuetudines quascunque per vos aut antecessores vestros factas seu editas rationabiles et laudabiles, et maxime decimationes in heydemyn in aldengruna in Burggruna in Drubenhusen ac Kotzenden sub ducatu et Dominio Domini Ottonis Ducis Brunsvicensis, nec non in villis et terminis Villarum; per districtum Eychsfelt videlicet in Geyselede hoyten Wedigehusen Berntherode, Rudinrode, Kebernhusen Kerchberg Dingelstede Wachstede, Kulstede Bustede Aarode Bickenriede Wolkramshusen Silbern-

husen Czellechen, Helmoldesdorf, Horsmar Bebestede Dunde et in Fulenborn vulgariter Detzmen nuncupatas ac in villis et terminis villarum Hauwerterode, Schachtebech Mengelderolde Berlingerode, Teistungen Vernde Ykendorf Teystingen Ymmingerode et in Tastungen cum omnibus et singulis pertinentiis suis prout vos et antecessores vestri ac predicta vestra Ecclesia in jure percipiendi et sublevandi easdem ab antiquo fuistis hodiernaque die sitis et estis, dummodo tamen dicta privilegia statuta et consuetudines seu libertates predicte vestre Ecclesie privilegiis statutis consuetudinibus seu libertatibus nostre Ecclesie Moguntine contraria seu contrarie non existunt seu prejudicent ex certa nostra scientia collaudamus approbamus et autoritate, nostra ordinaria Dei in nomine presentibus confirmamus inhibentes nihilominus omnibus et singulis nostris subditis utriusque sexus nequis vos aut quemvis vestrum vel successores vestros in eisdem vestris et Ecclesie vestre privilegiis libertatibus statutis et consuetudinibus attemptent vel presumant turbare vel quomodolibet molestare in cujus confirmationis evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Eltvil die quinta mensis maji anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

LXIV.

Confirmatio Bessarionis R. sedis Legati statuti, quod Praepositus Heiligenst. praebendam ibidem obtinere nequeat 1460.

Bessarion miseratione divina Episcopus Thusculanus Sancte Romane Ecclesie Cardinalis Nicenus vulgariter nuncupatus et in partibus germanie seu alemanie et locis omnibus adjacentibus sacro romano Imperio subjectis apostolice sedis legatus. Ad perpetuam rei memoriam. Magne et sincere devotionis affectus quem dilecti nobis in Christo decanus scolasticus cantor canonici et capitulum ecclesie collegiate Sancti Martini in Heiligenstad maguntine dioecesis ad universalem gerunt ecclesiam non indigne promeretur ut votis ipsorum illis presertim que ad ipsius ecclesiae et capituli evidentem utilitatem ornamentum et decorem Dei honorem divini cultus augmentum et personarum inibi altissimo assidue famulantium decus et com-

commoditatem cedere valeant favorabiliter annuamus. Cum itaque ficut exhibita nobis nuper pro parte eorundem decani fcolaftici cantoris canonicorum et capitnli petitio continebat, prefata ecclefia collegiata Sancti Martini inter alias illarum partium collegiatas ecclefias una ex nobilioribus exiftat tredecimque canonicatus ac totidem prebendas habeat ac illius prepofitus pro tempore a tanto tempore citra ut percepimus de cujus contrario hominum memoria non exiftit canonicatum et prebendam ejusdem ecclefie ex ftatuto et antiqua coufuetudine cum prepofitura minime potuit obtinere et ficut eadem petitio fubjungebat prefati decanus fcolafticus cantor canonici et capitulum predicte ecclefie Sancti Martini dubitant ne ambitiones perfonarum infuper venire et crefcere poffint que hujusmodi eorum ftatutum ac antiquam et laudabilem confuetudinem in aliquo ledere valeant. Idcirco pro parte eorundem fuit nobis humiliter fupplicatum ut ipfis pro ipfius ecclefie et collegii ac ipfius capituli et canonicorum inibi degentium pro temporum majori libertate immunitate utilitate gratia et indulto hujusmodi ftatutum et antiquam confuetudinem confirmare dignaremur. Nos igitur dignum cenfentes et congruum ut ficuti collegium ipfum inter alia collegia feu collegiatas ecclefias illarum partium infigne et notabile exiftit ita etiam infigniori attolli et prefulgere non inmerito debeat prerogativa honoris gratie ac indulto decorari ipforumque decani fcolaftici cantoris canonicorum inprefentiarum et totius capituli in hac parte fupplicationibus inclinati quod inprefentiarum prepofitus et fui fucceffores pro tempore dicte ecclefie Sancti Martini canonicatum et prebendam in eadem ecclefia prout hactenus obfervatum eft obtinere minime poffint tenore prefentium declaramus eosdemque canonicatum et prebendam a prepofitura dicte ecclefie in perpetuum feparamus ftatutaque et confuetudines ipfius ecclefie quecunque a nobis inferiore defuper emanate cujuscunque tenoris exiftant, que pro expreffis haberi volumus confirmamus et auctoritate legationis noftre qua fungimur in hac parte de novo concedimus dummodo indultum apoftolicum de novo in contrarium non emanaverit et prefentis fcripti patrocinio communimus conftitutionibus, et ordinationibus ac ftatutis quibusque non obftantibus decernentes ex nunc

i 3 irritum

irritum et inane ſi ſuper his a quocunque nobis inferiore quavis auctoritate ſcienter aut ignoranter contigerit attentari, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre voluntatis et declarationis infringere aut ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei et apoſtolice ſedis ſe noverit incurſurum. Datum Norimberge Bambergenſis dioeceſis die ſexta decima menſis Martii Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo indictione octava. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris et Domini Domini Pii divina providentia papae ſecundi Anno ſecundo.

LXV.

Incorporatio parochiae Duderſtad. facta eccleſie Colleg. ad S. Martinum Heiligenſtadii 1469.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio ſcolaſtico eccleſie Sancti Stephani Moguntine ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ad exequendum paſtoralis officii debitum continuo ſolliciti votis illis gratum preſtamus aſſenſum per quem a ſingulis eccleſiis precipue collegiatis benedicatur altiſſimus ac perſone eccleſiaſtice in eis conſtitute temporalium rerum ſine quibus ſpiritualia diu ſubſiſter non poſſunt ubertate fruantur, ſua quoque beneficia ad hunc effectum ſponte reſignantibus, ne rerum premantur inopia utiliter et ſalubriter valeat provideri. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Decani et Capituli eccleſie Sancti Martini oppidi Heiligenſtad moguntine dioeceſis petitio continebat, quod eccleſia ipſa inſignis admodum vetuſta et egregia in partibus illis reputatur in eaque beatorum Sergii et Bachi corpora conſervantur et in maxima veneratione habentur, magnus populi concurſus etiam pro miſſis et aliis divinis officiis audiendis ad predictam eccleſiam habetur, et licet fructus menſe capitularis dicte eccleſie priſcis temporibus adeo eſſe conſueverint, quod Decanus et Canonici perſone Capituli ejusdem eccleſie decenter ex eis vivere poſſent tamen cauſantibus guerrarum turbinibus peſtilentiis calamitatibus, erumnis et aliis ſiniſtris eventibus, quibus partes ille pro dolor afflicte fuerunt adeo tenues effecti ſunt quod

quod Decanus Canonici et alie persone hujusmodi juxta earundem decentiam ex eis se sustentare episcopalia jura solvere aliaque eis incumbentia onera commode perferre non possunt, quodque si Sancti Ciriaci in Duderstad cujus collatio ad venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Maguntinum spectare dinoscitur ac beate Marie et Sancti Aegidii oppidi Heiligenstad dicte dioecesis que ad presentationem dictorum Decani et capituli spectant parochiales ecclesie eidem mense perpetuo incorporarentur unirentur et annecterentur, prefati Decanus Canonici et alie persone magnum in suis opportunitatibus susciperent relevamen et ad faciendam residentiam in dicta ecclesia sancti Martini facilius inducerentur ac statum suum decentius tenere seque commodius sustentare valerent et ex hoc etiam divinus cultus ibidem susciperet incrementum. Quare pro parte dictorum Decani et capituli asserentium, quod mensa octuaginta ac Sancti Ciriaci quindecim et beate Marie trium nec non Sancti Aegidii ecclesiarum hujusmodi quatuor marcharum argenti fructus redditus et proventus secundum communem existimationem valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum ut prefatas parrochiales ecclesias cum omnibus juribus et pertinentiis suis eidem mense perpetuo incorporare anectere et unire aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque de premissis certam notitiam non habentes hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus vocatis quorum interest de premissis omnibus et singulis ac rerum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes et si per informationem hujusmodi ita esse repereris, parrochiales ecclesias predictas cum omnibus juribus et pertinentiis supra dictis eidem mense dummodo prefati Archiepiscopi ad hoc expressus accedat assensus, auctoritate predicta perpetuo incorpores, unias et annectas ita quod simul vel successive cedentibus vel decedentibus modernis dictarum parrochialium ecclesiarum rectoribus seu illas alias quomodolibet dimittentibus liceat capitulo prefato per se vel alium seu alios corporalem parrochialium ecclesiarum juriumque et pertinentiarum predictarum possessionem propria auctoritate apprehendere et perpetuo retinere, illarumque fructus redditus et proventus hujusmodi in suos

ac

ac dicte mense usus utilitatemque convertere ipsasque parrochiales ecclesias per presbiteros ad nutum amovibiles regere et gubernare illorumque parrochianorum curam animarum gerere et exercere dioecesani loci et cujuscunque alterius super hoc licentia minime requisita; et nihilominus si dilectus filius Adolphus de Breythard modernus rector dicte ecclesie Sancti Ciriaci ipsam ecclesiam Sancti Ciriaci, quam obtinet in manibus tuis sponte et libere resignare voluerit resignationem ipsam ab eodem Adolpho vel procuratore suo ad hoc ab eo specialiter constituto, eadem auctoritate hac vice duntaxat recipias et admittas, eaque per te recepta et admissa eadem auctoritate decernas atque declares unionem annexionem et incorporationem hujusmodi, quoad ipsam ecclesiam Sancti Ciriaci effectum sortitam esse, prefatoque Adolpho pensionem annuam tertie partis fructuum reddituum et proventuum dicte ecclesie Sancti Ciriaci sibi quoad vixerit vel procuratori suo ad hoc ab eo speciale mandatum habenti per capitulum hujusmodi annis singulis in locis et terminis, ac sub penis et censuris ecclesiasticis ad id per te de Decani et Capituli ac Adolphi predictorum consensu statuendis et imponendis persolvendam auctoritate prefata reserves, constituas et assignes faciens ipsi Adolpho juxta reservationis constitutionis et assignationis earundem si illas vigore presentium feceris, tenorem de dicta pensione integre responderi nec non Decanum et capitulum hujusmodi pacifica ipsius ecclesie Sancti Ciriaci possessione gaudere contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliquis super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum ejus Litteras impetrarunt etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus habitos per easdem ac inde secuta quecunque ad predictas parrochiales ecclesias volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, seu si prefato Archiepiscopo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras

aposto-

apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, atteute quoque provideas ne in resignatione hujusmodi si fiat ex parte Decani et capituli ac Adolphi predictorum aliqua pravitas interveniat seu etiam corruptela Volumus autem quod propter unionem annexionem et incorporationem hujusmodi, si ille vigore presentium fiant, et effectum sortiantur, parrochiales ecclesie predicte debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis nullatenus negligatur, sed illarum congrue supportentur onera consueta, quodque Decanus et capitulum hujusmodi bona immobilia et pretiosa mobilia dictarum parrochialium ecclesiarum nullatenus alienare praesumant alioquin penas in quadam nostra constitutione super hoc edita contentas incurrant eo ipso et insuper ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hys a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quatringentesimo sexagesimo nono tertio decimo Kalendas augusti. Pontificatus nostri anno quinto.

LXVI.

Papa Paulus II. omnia privilegia fraternitati calendarum in Capella B. M. V. in Gerwilingerode concessa confirmat 1471.

Paulus Episcopus servus servorum dei dilectis filiis universis presbyteris confratribus fraternitati Calendarum nuncupate in *Capella beate Marie in Gerwilingerode* mogunt. dioec. salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum et honestum est, tam rigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter

k dilecti

dilecti in domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus sive per privilegia, vel alia indulta vobis, qui certis anni temporibus pro divinis officiis celebrandis in capella beate Marie in *Gervelingeroda* moguntine dioecesis convenire consuevistis, et fraternitati vestre calendarum nominate in dicta capella concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis christi fidelibus vobis et eidem fraternitati rationabiliter indultas, specialiter autem census, fructus, redditus, terras, ortos, agros, prata, pascua, silvas, possessiones, domos, molendina, jura, jurisdictiones, aliaque mobilia et immobilia bona ad fraternitatem ipsam spectantia, sicut ea omnia juste et pacifice possidetis, vobis et per vos eidem fraternitati auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Per hoc autem dictam fraternitatem non intendimus in aliquo *approbare* *). Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae ad S. Petrum anno incarnationis dominice millesimo, quadringentesimo septuagesimo primo. Sexto Kal. Junii pontificatus nostri anno septimo.

LXVII.

Instauratio Vicariae S. Michaelis in Gerwilingerode per Joannem Klinckhard 1474.

Universis et singulis Christi fidelibus presentes literas visuris et audituris, presertim quorum interest vel intererit, quosque presens infra scriptum tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet, in futurum notum sit et manifestum, quod nos *Bertoldus Leuckenfeld vicarius altaris trium regum ecclesie Sti Cyriaci in Duderstat*, *Conradus*

*) Forsan mendose descriptum.

radus Wichmant vicarius altaris S. Michaelis capelle s. Servatii presati oppidi presbyteri moguntinensis Dioecesis ultime voluntatis executores manu fideles et fidei commissarii honorabilis Dni *Joannis Klingkhart* recordationis felicis presbyteri dioeces. praefate moram tenentis Duderstadii pie defuncti attendentes nihil esse decentius nihilque salubrius cum Domino Johanne defuncto inter cetera salutis opera ex commissione nobis de eodem facta, quam quod cultus divinus augeatur fidelibus vivis ac in Christo quiescentibus per missarum et orationum subvenitur suffragia: idcirco pro augmentatione divini cultus de bonis dicti Dni Joannis paternis derelictis et progenitorum suorum ei a Dno Deo collatis ad laudem gloriam et honorem omnipotentis Dei, ejusdemque genitricis gloriose virginis Marie totiusque caelestis curie, dicti Dni Joannis et progenitorum eorum omnium Christi fidelium animarum salutem ad altare jam dudum ante multos annos refluxos fundatum in *capella beate virginis Gervilingerode consecratum in laudem Sti Michaelis Archangeli* non tamen dotatum quandam novam vicariam perpetuam fundamus de consensu venerabilium prepositi, Abbatisse, priorisse et totius conventus coenobii Sti Petri in Teistungenburg, in quorum metis presata capella est situata, instauravimus, ereximus et fundavimus, ac presentibus instauramus erigimus et fundamus, quam cum ducentis renensibus florenis capitalis summe in nonnullis litteris et bonis contractuum comparamus certorum censuum annorum pro eadem summa congregatim aut divisim desuper confectis aut conficiendis latius specificate dotavimus et dotamus per presentes. Cujus quidem vicarie, ut supra narratum est, jus presentandi nobis prenarratis Dnis testamentariis duntaxat reservamus, in eum tamen, qui sequitur modum et non aliter, videlicet, ut *fraternitati calendarum sedis Duderstadiensis* per nos presentetur conferatur, assignetur et in perpetuum instituatur, de cetero ac in perpetuum nulla presentatio iteretur. Decanus autem Kalendarum presatarum cum omnibus fratribus et eorum successoribus sit cooperator bonus, ut ipsa vicaria cum suis redditibus manu teneatur providendo, quod divinus cultus in ea minime negligatur; sint etiam hi fratres et Dni obligati et adstricti ad tres missas singulis septimanis per se ipsos ordinarie et non alios legitimo impedimento

cessante

cessante omni prorsus contradictione semota celebrandas, modo et tempore quibus utilius et convenientius fieri posse videbitur: cum tamen in memoriis in fraternitate eorum jam fundatis singuli eorum non sint aut fuerint occupati: et pro illa vice ordinarius inter eos sit excusatus, celebrent autem has tres missas in hunc modum: primam quinta feria de corpore Christi, secundam de cruce aut pro defunctis cum collecta pro sacerdotibus, in feria sexta, tertiam in Sabbatho de beata virgine de offertorio vero hi fratres et Dni penitus se non intromittant, sed in usum prepositi, Abbatissae, Priorisse et conventus succedat. Insuper volumus et voluimus istos fratres et dominos pro tempore observatis conventibus per eosdem irrefragibiliter, litteras vero censuum predictas, cum quibus hanc vicariam duximus dotandam et dotamus, volumus non alias nisi ad cistam fraternitatis aut fiscum per decanum, Cammerarium et tres seniores deponi causa custodie et pro utilitate vicarie. Et si contingeret census aut redditus per venditores juxta continentiam earumdem litterarum reemi, quod summa capitalis, pro quibus reemeretur, apud eosdem fratres et Dominos cum scitu omnium fratrum in custodiam deponi atque presertim, donec alii redditus et census annui pro perpetuitate ipsius vicarie et utilitate fuerint comparati et reempti. Nos vero prefati executores onerantes et gravantes conscientias totius fraternitatis et uniuscujuscunque persone per presentes in perpetuum; ut prescripta in forma prenarrata adimpleant defendant in esse teneant per se et suos successores, prout reddere desuper in novissimo die coram justo judice nobis et pie defuncto velint In quorum omnium et singulorum premissorum fidem testimonium, ut inconcusse per omnia serventur, ego Conradus Weichenant hanc litteram appensione Sigilli mei communivi, ego autem Bertoldus Leuckenfeld prefatus ob carentiam Sigilli proprii pecii honorabilem Dnum Henricum Weicheit suum sigillum in robur appendi: quod ego Henricus Weicheit sic recognosco esse factum ob preces Dni Bertoldi prefati. Datum anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. IV. feria post Aegidii confessoris.

LXVIII.

LXVIII.

Electio Decani a Capitulo Heiligenstadiensi facta 1487.

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli praesens publicum instrumentum inspecturi quod de anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo vacante Decanatu in Ecclesia Sancti Martini Heiligenstadii per obitum bone memorie Ottonis Zellemann ejusdem Ecclesie dum vixit Decani ita Domino placuit vita functi ejusque corpore honeste et debite Ecclesiastice sepulture tradito venerabiles et circumspecti Viri Dnus Gotschalkus Holtzsadel Cantor qui ut asseruit et publice se habere dixit vocem venerabilis Viri Dni Conradi Golthagen Scholastici Henricus Vaterodt Hermannus Helye, Johannes Heubt, Jacobus Gladap, Matthias Freydenberg, Jacobus Engelberti et Johannes Denhard Canonici dicte Ecclesie Sancti Martini qui tunc presentes erant in loco capitulari in die adhoc statuto congregati ad videndum inter se per quam viam sanctius et honestius ad Electionem Decani predicte Ecclesie procedere possent. Congregatis igitur omnibus et singulis ipsius Ecclesie Canonicis qui electioni faciendae interesse debuerunt et poterunt missa tamen prius de sancto spiritu solemniter decantata et orationibus devote profusis atque demum protestationibus necessariis factis et prehabitis convenerunt et concordarunt via scrutinii que omnibus brevior et utilior videbatur ad Electionem predictam procedendi fore concluserunt atque communiter elegerunt, qua publicata certum scrutatorem videlicet Dnum Jacobum Gladap Canonicum ibidem elegerunt. Qui scrutator sub fide data promisit fideliter velle referre ea que in scrutinio hujusmodi repererit. Votis igitur singulorum Canonicorum in scriptis scrutatori et mihi notario infra scripto sibi adstanti assignatis mox et in continenti conclusum extitit ut ipse scrutator referre deberet ea que per vota predicta repererit. Eo Dnus scrutator sub fide data dixit majorem et saniorem Dnorum de capitulo unum elegissent, quem ibidem iidem Dni quo super incontinenti pronunciari mandarunt. Unde ad mandatum Dnorum scrutatorum predictorum dixit et pronunciavit *Dominum Johannem Denhard*

 Ecclesie

Ecclesie praedicte Canonicum Juniorem per majorem et saniorem partem Capituli electum esse in Decanum ejusdem Ecclesie S. Martini Heiligenstadiensis que quidem relatio grata et accepta fuit omnibus ibidem existentibus et dictum Dominum Johannem communiter et concorditer in Decanum Ecclesie prelibate elegerunt et nominarunt. Quo audito idem Dnus Johannes ibidem presens surrexit et dixit prestantissimi Dni hanc Electionem in spu. sto Canonice de me et mea persona licet inmerita factam minime me refutare decet ipsamque in Dei nomine acceptavit atque ratam et gratam habuit, et in ipsam consensit. Ex tunc dicti Dni Capitulares gaudentes et exultantes ipsi Dno Johanni electo locum in Capittulo et stallum in choro assignarunt cantantes alta devotaque voce Canticum Jucunditatis et Laetitie Te Deum laudamus super quibus omnibus et singulis supradicti Dni me notarium infra scriptum debita cum instancia requisierunt quatenus ipsis desuper conficerem tot quot forent necessaria instrumenta. Datum et actum anno quo supra indictione quinta hora quasi decima die decima nona mensis decembris pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Dni nostri Dni Innocentii Divina providentia Pape octavi anno ejus quarto presentibus ibidem honorabilibus Viris Dnis Johanne Saldendorn et Nicolao Bornemann presbyteris Moguntine Dioces. testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Et ego Nicolaus Rasoris Clericus Moguntine Diocess. publicus sacra imperiali auctoritate Notarius, quia dicte Electioni decretis omnibusque aliis et singulis dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur una cum praenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque presens publicum instrumentum manu propria scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque nomine et cognomine meis solitis et consuetis una cum prelibatorum Dnorum sigilli appensione signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus pariter et requisitus.

LXIX.

Digitized by Google

LXIX.

Delegatio Confirmationis Decani 1488.

Nos *Henricus Ruffe de Plauwen Canonicus majoris intra et Sancti Petri extra muros Maguntine ad Sancti Martini Heilgenstatensis Ecclesiarum Prepositus* Venerabili et circumspecto Viro Dno Valentino Commentaler officiali nostro salutem in Dno sempiternam. Cum enim de tua legalitate et circumspectione gerimus in Dno fiduciam plenarie sperantes, quod ea que tue industrie committimus et mandamus laudabiliter curabis adimplere veridica enim relatione ad meas aures pervenit auditum venerabilem Virum Dnum Johannem Deinhart per obitum quondam venerabilis Dni Ottonis Zelleman predecessioris sui in Decanum dicte Ecclesie Sancti Martini Heilgenstatensis per venerabiles et circumspectos Viros Dnos Canonicos et capitulum prefate Ecclesie Heilgenstatensis rite legitime ac Canonice ut asseritur electum cum etiam pro parte dicti electi nobis extitit devote ac humiliter supplicatum quatenus electionem per ipsos concorditer et Canonice celebratam autoritate nostra confirmare et approbare dignaremur ideoque ordinamus eligimus et statuimus te et tibi facultatem potestatem ac vices nostras in hac parte committimus et mandamus ut presentato tibi et viso per te decreto electionis hujusmodi per Capitulum et Canonicos pretactos ut ymmoverius eandem electionem rite et canonice celebratam nec ullum electioni seu ipsi electo canonicum obstet impedimentum audias examines et de illo cognoscas ipsamque electionem tanquam rite et legitime factam et ipsum electum ut moris est perceperis repletum. Receptoque nihilominus primitus ab eodem juramento fidelitatis auctoritate nostra in hac parte tibi commissa confirmes et approbes et ipsum de dicto Decanatu per literarum traditionem investias ac eidem de eodem provideas curam vero animarum et plenitudinem officii seu administrationem Decanatus sibi in animam ipsius committentes mandamus idcirco et districte precipientes universis et singulis Canonicis Vicariis seu beneficiatis ut fructuum reddituum, jurium et obvencionum dicti Decanatus Administratoribus ceterisque pres-

presbyteris et personis quosque hoc ipsum afficit quomodolibet seu tangit negotium ut ipsi tanquam ipsorum Decano in omnibus et singulis prout ad eos et quemlibet ipsorum pertinet et tenentur, reverenter obediant et intendant reverenciamque et honorem debitas et consuetas exhibeant et impendant, deque proventibus juribus obvencionibus ac emolumentis ipsius Decanatus ut moris est integre respondeant et generaliter omnia alia et singula facere et exercere que ad dicti Decanatus pertinere possint et valeant etiamque sique sint que mandatum exigant magis speciale ac super premissis omnibus et singulis habeas per omnia vires nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas. In quorum fidem et testimonium premissorum sigillum nostre prepositure Heilgenstatensis presentibus duximus appendendum datum Magunciae anno Dni millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo die veneris undecima mensis Januarii.

LXX.

Confirmatio Decani 1488.

Valentinus Camendaler artium et Philosophie Magister Ecclesie Sancti Martini Heilgenstadensis officialis nec non Commissarius specialis ad infra scripta a nobili et generoso Dno Dno Henrico Russe Dno de Plauwe Dno in Groitz et Kranichfelde Ecclesie Sancti Martini Heilgenstadensis preposito specialiter deputatus venerabilibus Dnis Scholastico Cantori et capitulo Ecclesie Sancti Martini Heilgenstadensis Maguntinensis Dioecesis nec non omnibus et singulis quos infra scriptum tangit negotium seu tangere poterit aut quorum interest seu intererit seu interesse poterit quomodolibet in futurum salutem et subscriptis fidem adhibere indubitatam. Vacante alias decanatu dicte Ecclesie Sancti Martini morte quondam Ottonis Zeldeman corpore ejusdem Dni Ottonis, dum vixit tradito sepulture ac termino electioni futuri Decani prefixo servatis de jure vel consuetudine presfate Ecclesie servandis vota sua in Dnum Johannem Denhard dicte Ecclesie Canonicum finaliter direxerunt. Ipsum in Decanum dicte Ecclesie concorditer elegerunt et nominarunt prout hoc et alia in decreto Electionis sigillo Dnorum Scholastici et capituli impen-

impendente roborate plenius continentur. Unde iidem Domini Scholasticus, Cantor et Canonici nobis supplicarunt quatenus munus consecrationis eidem Domino electo auctoritate nobis commissa juxta tenorem statutorum Ecclesie predicte impendere dignaremur. Examinato itaque per nos electionis decreto meritisque eligentium et electi comperimus omnia ad substantiam electionis faciende rite servata fuisse ipsumque Dnum Johannem in Decanum prefate Ecclesie Canonice electum et ad hanc regendam dignitatem ydoneum fore. Idcirco edictum confirmationis premittendo et aliis de jure servandis ipsam electionem de persona memorati Dni Johannis electi auctoritate nobis commissa approbandam diximus eundemque Dnum Johannem in nomine Patris et filii et spiritus sancti confirmamus. Que omnia et singula omnibus et singulis nostre Jurisdictioni subjectis intimamus ac notificamus et vobis Dnis Scholastico Cantori ac personis Ecclesie predicte districte precipiendo mandamus quatenus per expressum Dominum Johannem electum et confirmatum ut Decanum recipiatis juxta quoque vestre Ecclesie statuta et consuetudines ut talem admittatis de redditibus proventibus et juribus universis ipsius Decanatus sibi respondeatis ac responderi faciatis ab aliis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes nostras confirmationis literas sigillo officialatus impendente jussimus et fecimus communiri. Actum et datum anno incarnationis Dnice millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, die vero octava mensis februarii presentibus ibidem honorabilibus ac discretis Viris Dno Johanne Saldentarn Vicario sepedicte Ecclesie Hermanno Petri et Bonifacio Heynebach clericis Moguntine Dioeces. testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Nicolaus Rasoris, *Notarius* ad premissa.

LXXI.

Fundatio Vicariae trium regum in ecclesia colleg. ad S. Martinum Heiligenst. 1489.

Ad gloriam et honorem omnipotentis dei ejusque intemerate dei genitricis virginis Marie et omnium sanctorum et sanctorum

 Joan-

Joannis evangeliste apostoli Joannis baptiste Martini episcopi, Dorothee et apollonie nec non in expiacionem criminum meorum. Ego *Conradus Golthagen Scholasticus ecclesie Sancti Martini Heiligenstadiensis*, nec non ejusdem ecclesie ac beate Marie virginis gloriose Erfordensis ecclesiarum moguntine dioecesis Cannonicus animadvertens lubricum presentis nequam seculi statum et humani generis universalem sortem, quoniam omnes mortales sumus. Quia nil cercius et nil incercius hora mortis quia immortalis dei jumenta nos esse propheticum eloquium denunciat ipse siquidem est, qui nos mactat, quando vult cum libet, quandoque nemo illius dicioni et potestati resistere valeat, hinc sumpta occasione presencium serie recognosco et clarum esse volo cuncte posteritati ad perpetuam rei memoriam quod de benevolo venerabilis domini Joannis Degenhart Decani nec non totius capituli ecclesie Sancti Martini Heiligenstadiensis predicte consensu expresso instauravi et erexi et tenore presencium instauro et erigo in augmentum cultus divini *vicariam novam in ecclesia sancti Martini Heiligenstadiensis predicta eandemque novam vicariam in altari sancte trinitatis sanctorumque trium regum sancte anne* in qua ecclesia prius alia vicaria dudum pro alio vicario existit fundata eandemque novam vicariam dotavi et doto de bonis meis cum certis annuis censibus perpetuis novem florenis renensibus in pretorio imperiali civitatis Mollhusen pro ducentis florenis filibus capitalis summe et in villa Bishufs sub castro Glichen septem florenis annui census pro centum florenis per me dudum via reemptionis rite et legitime comparatis quemadmodum in chyrographis sigillatis per magnificum consulatum dicte civitatis ac validum hajsonem de Kerstlingeroda et provisores ac villanos dicte ville Bishufs desuper confectis plenius continetur. Desidero, et amplector, ut de hujusmodi censibus deus optimus laudetur et potissimum benedicatur et sacratissime regine caelorum domine mundi et matris domini nostri Jesu Christi laus et honor multiplicetur, ut ipsa dei genitrix in pura vita in cunctis necessitatibus in promptu sit adjutrix et post solutum nature debitum presertim in die magna et amara valde gloriosa interventrix existat, et graciam impetret, quatenus eripiar ab auditione mala a verbo aspero atque principibus tartareis inprimisquè ordino

ordino et volo ut prefertur illic in eodem altari fit adhuc unum novum beneficium singulare perpetuum per me harum tenore instauratum nunc et in sempiternum priori beneficio in eodem altari in suo vigore permanente et quod vicarius nove vicarie ad duas missas septimanatim celebrandas sit obligatus et oneratus. Primam die lune pro mea meorumque parentum et progenitorum memoria ac omnium fidelium defunctorum animarum salute. Secundam vero missam die sabbati de beata Marie virgine cum sequenti ave praeclara cum collecta pro defunctis. Idem vicarius praefatorum domini Conradi parentum, progenitorum benefactorum suorum in memoria mortuorum in singulis suis missis habebit, nisi forte summum festum sive apostolicum dedicatio aut patronorum impediat vel forte vicarius ad celebrandum tunc dispositus non existat. Ex tunc sequenti proxima septimana missam injunctam celebrare procuret. Debet etiam idem vicarius singulis diebus dominicis post vesperas seorsum pro supra dictis legere minores vigilias defunctorum, quas quidem missas et vigilias dicto vicario et suis in perpetuum successoribus committo in eorum animas et consciencias ad eas perficiendas prout ipsi in extremo judicio desuper altissimo deo velit reddere racionem. Idem etiam vicarius singulis horis canonicis in eadem ecclesia cantandis legendis ac missis quotidie ac suo tempore vigiliis ad instar aliorum fideliter interesse et statutis et consuetudinibus ecclesie predicte se per omnia conformare debet. Temporibus vero cessationum et interdicti personarum vicarius predictus onera sua supradicta in capellis explebit. Et omnia illa servet inconcusse ita sane quod jus presentandi ad eandem novam vicariam quoad vixero retineo et reservo ad presentandum libere quemcunque voluero, post mortem vero meam idem jus presentandi reservo Johanni Eichsfeld lanifici oppidano Erfurdensi et post amborum mortuorum decessum presentatio supra dicte nove vicarie spectare et pertinere perpetuo debet ad altermannum laicum, qui pro tempore fuit dicte ecclesie sancti Martini Heiligenstadiensis, presentandi vero post obitum domini Henningi Meige primi possessoris erunt filii supra dicti Joannis Eichsfelt, siqui clerici sint, qui etiam postquam ad legitimam aetatem pervenerint, ad sacerdotium procedant et nihilo minus post

 adeptio-

necessitatibus adjuvabo, vocatus ad sinodum veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepeditione. Possessiones et bona ad Monasterium meum pertinentia, dicto reverendissimo Domino nostro, Domino Anselmo Casimiro Archiepiscopo Moguntino, ejusque successoribus pro tempore existentibus incisiis, inconsultis, et invitis, non vendam neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo alio modo alienabo, etiam cum consensu Monasterii nostri conventus. Subjectionem et reverentiam a sanctis patribus constitutas, praefato reverendissimo Domino Domino Archiepiscopo, atque ipsis successoribus exhibebo. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se, aut Nuntios aut literas suas, ad eorum damnum sciens volensque non pandam; rationes annales meae administrationis eisdem, aut eorum nuntiis eo nomine mittendis, quoties opus fuerit, demisse reddam; sic me deus adjuvet et sancta dei Evangelia. In principio erat verbum. Qua propter seniori, et conventui, et Monachis universis, caeterisque dicti Monesterii personis, colonis, et censuariis omnibus et singulis districte praecipiendo mandamus, ut tibi reverentiam et obedientiam faciant, teque velut Abbatem colant et observent, ac per omnia obediant. Te vero per debitum assumpti muneris adhortamur, ut eum te in negotiatione Domini praestes, quem debes, quo ab ipso tandem centuplum in vita illa beata ac aeterna accipere merearis. Datae Coloniae ubiorum, sub sigillo nostro praesentibus appenso. Calendis Decembris. Anno a Christo nato. MDCXXXV.

Ad mandatum ejusdem Emmi et Rmi D. D. Anselmi Casimiri Archiepi Moguntini principis Electoris.

HENRICUS FABER.

LXXXVII.

Liborius Friderich von Hanstein bekömmt die Vicarie des heil. Stephans zu Heiligenstadt, acht Jahre zu geniessen 1655.

Demnach der wohl edle und veste Herr *Johann Hermann von Hanstein* beglaublich erwiesen, was gestalt der hochwürdigste Fürst

 und

und Herr, Herr *Johann Philipp* Erzbischof zu Maynz des heil. Röm. Reichs durch germanien Erzkanzler und Churfürst, Bischoff zu Würzburg und Herzog zu Franken unser allerseits gnädigster Herr demselben mehrmal die gnädigste Verdröstung gethan, dass, wofern er einen seiner Söhne zu der katholischen Religion auferziehen würde, demselben die *Vicarie ad S. Stephanum* in der collegiat Stiftskirche S. Martini allhier zu Heiligenstadt zu bequemen Unterhalt und Fortsetzung der Studien gnädigst wolle geniessen lassen. Indem nunmehr gedachtes von Hanstein Sohn, *Liborius Fridericus von Hanstein* sich zu der erwähnten katholischen Religion bequemet und selbige im Werke angenommen; als wollen wir dieselbe Vicariam und dazu gehörige Länderei zusammt allen Pertinentien, Recht und Gerechtigkeit, wie die von Hanstein vor Jahren dieselbe dotirt, nichts davon ausgenommen, ihm von Hanstein, vermöge hochgedacht Ihro churfürstl. Gnaden uns gnädigst aufgegebener Commission hiemit auf acht Jahr, jedoch dergestalt zu nutzen und zu geniessen überlassen, damit von Dato an ein Priester, welcher wöchentlich in benannter Stiftskirche den Fundatoren zu Trost das Amt der heil. Messe einmal ablesen, aus seinen Mitteln salariret, nach deren Verfliessung aber, im Falle mit einem andern Beneficio von Ihro Churfürstl. Gnaden nit sollte providiret und versehen seyn, zu würklicher Residenz, Verrichtung des Göttesdienst und Chorgang gleich anderen Vicariis sich qualificiren oder höchstgedacht Ihro Churfürstl. Gnaden um fernere Dispensation unterthänigst anlangen sollte, worzu dann dieselbe besonderlich auf sein Wohlhalten sich nicht ohngeneigt bezeigen werden. Zu mehrer Uhrkund und Vesthaltung seynd dieser Reversen zwey gleichlautend verfertiget, und jedem Theil, dem Stift und denen von Hanstein einer nachrichtlich zugestellt worden.

Heiligenstadt den 24. Septembris 1655.

WILDERICUS A WALDERDORF. V. RÜDERHEIM BREMSER.

HENRICUS KOCH, *Decanus ad S. Martinum.* HANS HERMANN V. HANSTEIN.

LXXXVIII.

Digitized by Google

LXXXVIII.

Facultas legendi missam in Sacello S. Ignatii prope Wingerodam 1664.

Extractus protocolli Vicariatus Moguntini.

R. P. Lutz S. I. Novitiorum Moguntiae Rector supplicat nomine collegii in Eichsfeldia, quatenus a Rdmo Provicario Moguntino concedatur sacerdotibus facultas celebrandi missam per annum in sacello S. Ignatio et S. Fr. Xaverio sacro non procul a pago *Winningerodano* in Eichsfeldia sito propter singularem populi pietatem ad jam dictum sacellum.

Conclusum: Cura Sacelli SS. Ignatii et Xaverii committitur D. Pastori commoranti in monasterio Virginum in Beuren, pro cujus discretione permittetur PP. Societatis, ut praeter octavas dictorum sanctorum etiam bis, ter per mensem, non tamen dominicis festivisque diebus celebretur. Idemque Pastor Commissariatui scribat, an sacello sit provisum de sumptibus fabricae stabilibus, interim oblata colligat ad fabricam dicti sacelli applicet cum consensu commissarii. Decretum Moguntiae 2. Mayi 1664.

In fidem Philippus Helwig, *S. Sedis Mog. Notar.*

LXXXIX.

Erneuerung der Fundation des Colleg. S. I. zu Heiligenstadt 1677.

Wir *Damian Hartard* von Gottes Gnaden des heiligen Stuls zu Mainz Erzbischof des heiligen Römischen Reichs durch Germanien Erzcanzler, und Churfürst, Bischoff zu Wormbs bekennen hiermit demnach das *Collegium Societatis zu Heiligenstadt* Kraft ersten Fundation und andern Additionen, so selbige von verschiedenen unsern Vorfahren am Erzstift nach und nach geschehen seyn sollen zum Unterhalt des Jahrs, Ein tausend zweihundert zwei und sechzig Reichsthaler an Geld, sechs und sechzig Malter Korn, vier und dreissig Malter Weitzen, fünf und dreissig Malter Gersten, zwei und

und sechzig Klafter Holz, zwei Wagen Kohlen neben vierhundert Hopfen-Pfählen, auch einigen Hühner, Hahnen und Eier an Gemeldem unsern Erzstift gefordert an sothaner Prätension eigner Geständniss nach nun bei langen Jahren aber mehr nit als achthundert zwei und sechzig Reichsthaler an Geld, sechs und sechzig Malter Korn, vierzehn Malter Weitzen, zwanzig Malter Gersten und dreissig Malter Haber, neben dem Brandholz, Kohlen und Hopfen-Pfählen des Jahres empfangen und dann uns jetziger Rector genannten Collegii *Aloysius Straus*, beweglich remonstriret, dass er mit berührten Empfang in der Haushaltung ferner nit fortzufahren wüste, und dahero umb ein zulänglicheres demüthigst gebeten, dass wir daruff mit Vorwissen und Einwilligung der würdigen und ehrsamen unser lieben, andächtigen Dechant und Kapitel unseres Dhombstifts allhier heut Dato mit ihm Rectore Nahmens anfangs besagten Collegii folgendermassen gütlich verglichen, nemblich dass Er Rector und das Collegium uf allen Hinderstand, so man an Geld oder Früchten zu fordern befugt zu seyn vermeinen möchte, renunciren und verzeihen aber furhin jährlichs und mit diesem laufenden 1677sten Jahre anzufangen, ohne die hundert Reichsthaler, so dass Land des Eichsfeldes propter philosophiam dem Collegio jährlich zu zahlen übernommen von dem Erzstift für alles und alles tausend Reichsthaler an Geld, achzig Malter Korn, vierzehn Malter Weitzen, zwanzig Malter Gersten, dreissig Malter Haber, neben vorberührtem Holz, Kohlen und Hopfen-Pfählen, auch denen bishero von bemeltetem Collegio genossenen Hähnen, Hühner und Eier aus dem Beurischem und Worbissen Kloster gefällen haben, und die Bezahlung so viel das Geld und Früchte anlangt von Quartal zu Quartal richtig folgen solle. Dessen zu Urkunde haben wir unser Secretinsiegel hieran hangen lassen, so geschehen in S. Martinsburg in unserer Stadt Mainz den sechsten May im Jahre Ein tausend sechshundert sieben und siebenzig.

Und wir *Marsilius Gottfried von Ingelheim Dechant und Capitel gemeiniglich des hohen Dhombstiffts zu Mainz*, thun kund und bekennen hiemit, dass vorbemelter Vergleich mit unserm guten Wissen und Consens zugegangen und geschehen ist, willigen also darin hiemit,

Digitized by Google

hiemit, und haben zu Bekanntnuſs deſſen unſers Dhomcapitels Inſiegel, ſo wir zu dergleichen Sachen brauchen, bey hochgedachten unſers gnädigen lieben Herrn, Inſiegel an dieſen Brief hangen laſſen, doch uns unſer gemeine Preſens, an unſern ſondern Rhenten und Gefällen ohnſchädlich ſo geſchehen uff Jahr und Tag, wie oben ſteht.

XC.

Revers des Pater Rectors zu Heiligenſtadt bey dieſem Vergleich.

Ich *Aloyſius Straus der Zeit Rector des Collegii zu Heiligenſtadt*, bekenne für mich und meine Succeſſores hiemit öffentlich, demnach nächſt berürtes mir anvertrautes Collegium Kraft erſter Fundation und andern von einigen zeitlichen Herrn Erzbiſchöffen nach und nach geſchehenen Additionen zu ſeinem Unterhalt jährliches zuſammen tauſend zweihundert zwei und ſechzig Reichsthaler an Gelt, ſechs und ſechzig Malter Korn, vier und dreiſsig Malter Weizen, fünf und dreiſsig Malter Gerſt, zwei und ſechzig Klafter Holz, zween Wagen Kohlen, neben vierhundert Hopfen-Pfählen, auch einigen Hühnern und Hahnen und Eier an gemelten hohen Erzſtift Mainz zu fordern, daran aber von geraumer Zeit hero mehr nit als achthundert, zwei und ſechzig Malter Korn, vierzehn Malter Weitzen, zwanzig Malter Gerſten und dreiſsig Malter Haber, neben dem Brandholz, Kohlen und Hopfen-Pfählen, des Jahrs empfangen, ſolches aber nicht zulänglich geweſen und dahero der hochwürdigſte Fürſt und Herr Herr *Damian Hartard* des heiligen Stuls zu Mainz, Erzbiſchoff des heil. Römiſchen Reichs, durch Germanien Erzcanzler und Churfürſt, Biſchoff von Wormbs, von mir nahmens mehr berührten Collegii umb ein erklecklicheres unterthänigſt angelangt worden, daſs Ihro Churfürſtl. Gnaden darauf mit Conſens eines hochwürdigen Dhomcapitels allhier zu Mainz, ſich derowegen mit oft berührten Collegio verglichen, wie hernach folgt: Wir *Damian Hartard* &c. mit welchem Vergleich dann ich nicht allein allerdings wohl zufrieden bin, ſondern verſpreche auch hiermit Conſenſum Patris provincialis darüber auszuwirken, und ſolche demnächſt zur Chur-

Churfürstlichen Kammer einzuschicken, und habe zu Urkund dessen, diesen Revers eigenhändig unterschrieben, und daneben mit mehr oft berührten Collegii gewöhnlichen Insiegel bekräftiget, so geschehen Mainz im Jahr und Tag wie obvermeldt.

ALOYSIUS STRAUS, *Collegii Soc. Jesu Heiligenstadii p. t. Rector.*

XCI.

Consens des P. Provincial in diesen Vergleich 1677.

Demnach *Aloysius Straus*, Collegii Societ. Jes. in Heiligenstadt p. t. Rector, bey dem hochwürdigsten Fürsten Herrn Herrn *Damian Hartard*, des heil. Stuls zu Mainz Erzbischoff, des heil. Römischen Reichs durch Germanien Erzkanzler und Churfürst auch Bischoff zu Wormbs unserm gnädigsten Herrn, die Beschwerden und Nothwendigkeiten des ihm anvertraueten Collegii mit mehrerem vorgebracht und um völlige vor diesem vom Collegio genossene Mittel unterthänig angesucht; Ihro Churfürstlichen Gnaden auch nach genugsamer remonstrirter Nothwendigkeit vor gut angesehen obgesagten Rectori et Collegio hülfliche Hand zu bieten, ja der Billigkeit gemäss zu seyn erachtet und dahero einen neuen Vergleich mit Consens und Gutheissen eines hochwürdigen Dombcapitels zu Mainz aufzurichten gnädigst bewogen worden, wie mit mehrerem im sub dato des 6. May ein tausend sechshundert siebenzig, siebenten Jahres aufgerichteten Hauptbrief, dessen Anfang ist: Wir *Damian Hartard* bekennen hiemit demnach das Collegium Soc. zu Heiligenstadt Kraft ersterer Fundation &c. zu sehen ist, und aber auch von einer hochlöblichen Churfürstl. Cammer zu Mainz eines zeitlichen Provincialis Consens wegen aufgerichteten Vergleichs darüber begehrt wird, als bekenne hiermit, und thue allen kund so es zu wissen obliegt, dass ich *Mathäus Storr diese Zeit der oberheinischen Provinz Societatis Jesu fürgesetzter Provincialis*, in obberührten Vergleich meinen Consens geben auch gut geheissen alles, was obbemelter Rector laut Hauptbriefs eingegangen ist, bewillige ich auch hiermit bestermassen darin.

Dessen

Dessen zu Urkunde habe solches mit meinem gewöhnlichen Amtsinsiegel und mit eigenhändiger Unterschrift bekräftigen wollen; so geschehen in Heiligenstadt den siebenten Tag Junii des tausend sechshundert sieben und siebzigsten Jahres

Mattaeus Storr.

XCII.

Erzbischof Anselm Franz fodert einen Bericht von dem Commissarius Böning über die Besetzung der Pfarrei Bischoferode 1689.

Anselm Frantz &c.

Welcher Gestalt sich bei uns *Fr. Thomas*, *Abt unseres Klosters Geroda*, in unserem Lande des Eichsfelds in Unterthänigkeit beschweret, dass sein zu der Pfarr *Bischofferoda in Kraft habenden und hervorgebrachten juris Patronatus* ernannter Prior *Andreas Hagemeister* von dir um deswillen nicht wolle angenommen und investiret werden, weil ein Edict vorhanden seyn soll, Kraft dessen kein Religiosus zu Administrirung einer Pfarr mehr zugelassen werden solle, das erscheinet ob dem Beyschluss, dessen wir wieder zurckgewärtiget seyn wollen.

Nun erinneren wir uns zwar einer Verordnung, durch welche die Annehmung der Religiosen auf die Pfarreyen verboten worden, stehen aber an, ob selbige völlig in Uebung kommen, indem einige unserer Klöster ihre Religiosos nicht nur in Vogtheiligen, sondern auch anderen Dorfschaften annoch haben.

Weil uns nun hiebeneben auch ferner zu Gemüthe gehet, ob wir supplicirten Abten seines althergebrachten juris Patronatus et nominandi einen seiner Religiosen in einem ihm Vogtheilichen Dorf, und wan die presentirte adnominirte Person zu Verwaltung der Pfarr genugsam qualificirt, auch unsträflichen Handels und Wandels ist, von Rechtswegen so schlechter Dingen entsetzen können; so haben wir eine Nothdurft zu seyn ermessen, über angeführtes Anbringen, und was du wegen Annehmung des presentirten P. Prioris

 vor

vor erhebliche Bedenken haben mögest, dich mit deinem Bericht zu vernehmen, uns dennoch gegen Eingangs bemeldten unsern Abten weiterhabend zu erklären, und hast uns damit &c.

Erfurt den 23ten July 1689.

XCIII.

Schreiben des Erzbischoffs Anselm Franz an den Abt in Geroda wegen der Pfarreien in dessen Klosterdörfern 1689.

Anselm Franz von Gottes Gnaden Erzbischoff zu Mainz, des heil. Römischen Reichs durch Germanien Erzkanzler und Churfürst.

Unsern Grus zuvor Würdiger und Geistlicher lieber, andächtiger. Wir haben deine bey Uns dieser Tagen eingebrachte Beschwerung, dass deine Religiosi in deinen *Vogteylichen Dorfschaften, allwo das dir anbefohlene Kloster das jus patronatus hergebracht habe*, zu keiner Pfarrverwaltung ferner angenommen werden wollten, Unserm Commissario im Eichsfeld dem Doct. *Böning* zu communiciren nicht unterlassen. Inmassen Uns nun derselbe berichtet, dass diesertwegen an Unserm Vicariat zu Mainz lis pendens seye, also wollen Wir dagegen nichts Veränderliches vornehmen, sondern Dich hiermit dahin verwiesen haben, dass Du daselbst die Entscheid und Erörterung dieser Sach erwarten mögest, worin ein geringer Verzug wegen jetzigen Kriegsunwesens am Rhein Dir und dem Dir anbefohlenen Kloster wenig Schaden oder Nachtheil gebähren kann, weil Du daselbst verhoffentlich den ungehinderten Zugang bald wiederumb wirst haben und die Sach zum Schluss und Endschaft befördern können. So Wir Dir gnädigst nicht wollen verhalten, und hast Uns damit zu Gnaden wohlgewogen.

Erfurt den 2ten Augusti 1689.

Afr. EAM.

XCIV.

Digitized by Google

XCIV.

Heinrich Fasthäuber, Pfarrer in der Neustadt, ersucht den Rath zu Heiligenstadt um die Vicarie in der Jakobskirche 1691.

Wohledle, wohlehrenveste, grossachtbare auch fürsichtige und wohlweise Herrn, Schultheiss, Bürgermeister und beide Räthe allhier, insonders hochgeehrte, grossgünstige Herrn.

Die Original-Beilage giebt klar zu Tage, welcher Gestalt, weil. Hr. M. *Georgius Hahne*, gewesener Pfarrherr zu Kirchworbis de dato den 20. Martii 1638 hiesigen wohllöbl. Rath als Collatorn der Vicariae ad S. Jacobum extra muros imploriret habe, die schuldige Censiten zu gebührender Zahlung anzuweisen, also dass ausser allem Zweifel, das *jus patronatus dictae vicariae bey E. wohllöbl. Rath alhier von undenklichen Jahren her bestehet*, in massen auch wohlgedachte Herrn Vicarii Hahnes Successores, gleich ihm benanntlich Herr *N. Jagemann* vormals gewesener Pfarrherr zu Kaltenebra, item weyl. Herr *N. Pferner* von Dieteroda gebürtig auf obbemelte Vicarie ordinirt worden. Indem nun E. wohlweiser Rath zu Heiligenstadt bemelte Vicariam der Pfarrkirchen St. Aegidii, als welche per injuriam temporis sehr erarmet, incorporiret und folglich den zeitlichen Pfarren hierdurch pro vicario angenommen hat, ich auch nunmehr als Vicarius über 10 Jahr, gleich meinen Herrn Antecessores die Divina des Orts verrichtet, auch über das allem möglichen Fleiss (dass bemelte Vicarikirchen extra muros guten Theils reparirt und mit einigem Geleuth, auch extraordinari Gottesdiensten zuweilen versehen worden) angewendet habe.

So gelanget an E. wohllöbl Rath als Collatores sive jus patronatus memoratae vicariae St. Jacobi habentes mein dienstliches Bitten, obberürte Incorporation und Union beider Kirchen sowohl, als die Collatur der Vicariae St. Jacobi für mich und meine Successoren, dass solche nämlich perpetuirlich und ganz ohnverbrüchlich jeder Zeit bleiben möge, grossgl anzuordnen und in forma authentica aussertigen zu lassen, damit solches mir und meinen Successoren im Pfarr-

Digitized by Google

Pfarr- und Vicariatamt ad perpetuam rei memoriam ac vigorem dienlich seyn möge; gleichwie dann dieses E. wohllöbl. Rath zu Conservirung des juris patronatus hiesigen Orts und besserer Competenz der armen sonst nothleidenden Pfarrkirchen St. Aegidii auch dero zeitlichen Pfarrers gereichet, also getröste mich um so viel mehr grosgl. Willfährigkeit, und werde diese mit meinem unwürdigem Gebett und priesterlichen Suffragiis zu demeriren Zeitlebens ohnvergessen seyn, der ich ohne das bin und beständig verharre ...

Euer wohledl., vest, hoch und wohlweisen dienstwilligster

HENRICUS FASSHÄUBER,
ad St. Aeg. p. t. parochus.

Heiligenstadt, den 12. October 1691.

Digitized by Google

JOANNIS WOLF

NORTENAE AD S. PETRUM CANONICI

COMMENTATIO II.

DE

ARCHIDIACONATU NORTUNENSI,

QUA CONTINUATUR

DIOECESIS MOGUNTINA IN ARCHIDIACONATUS DISTINCTA ETC.

XI. COMMENTATIONIBUS ILLUSTRATA

A

STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN ETC.

GOTTINGAE

TYPIS JOANNIS FRIDERICI RÖWERI.

MDCCCX.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

FRANCISCO EGONI

EPISCOPO HILDESHEIMENSI ET PADERBORNENSI

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIME AC CELSISSIME

PRINCEPS ET EPISCOPE,

DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME,

Ut hanc Commentationem de Archidiaconatu Nortunensi sub praesidio CELSISSIMI NOMINIS TUI edere auderem, duae potissimum causae me impulerunt. Altera est quod nulli non literarum cultori, ipse abundanti doctrina rerumque varia ac plurima scientia eruditus optime cupias. Qua in re germanam illustrissimi STEMMATIS FÜRSTENBERGII progeniem TE probas, et imitatorem Episcoporum THEODORI DE FÜRSTENBERG, quem Academia Paderbornensis, et FERDINANDI DE FÜRSTENBERG, quem Monumenta Paderbornensia immortalem fecerunt. Causa altera est, quod libellus meus describat Archidiaconatum Nortunensem, dioecesis Moguntinae partem extremam, quae hinc fines

Digitized by Google

dioecesis Hildesiensis, illinc Paderbornensis attingit. Materies TIBI utriusque Ecclesiae Episcopo, opinor, non ingrata. Illam si clementer, ut soles, admittere digneris, operam meam non inutiliter collocatam putabo, TEQUE novo titulo, quoad vivam, maxima cum observantia venerabor

REVERENDISSIMAE CELSITUDINIS TUAE

Nörtenae
die 12. Febr. 1810.

servus infimus
JOANNES WOLF.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

In lucem nunc prodit altera Commentatio describens Archidiaconatum Nortunensem octoginta diplomatibus illustrata et ad modum prioris, si pauca excipias, elaborata. Adjeci nempe hic in calce libri catalogum omnium literarum, de ecclesiarum fundationibus, de jure patronatus, judicio ecclesiastico &c. &c. a saeculo decimo ad medium decimi quinti, ubi ubi editarum, in quibus velut in compendio tota Archidiaconatus nostri historia exhibetur. Praefixi etiam cuilibet sedi Archipresbyterali nomina ecclesiarum suarum monitu censoris Jenensis, ut totus ejus ambitus lectori in conspectu esset. Sedes describuntur septem, de quarum numero uti et de nominibus rationem reddere mihi opus est, nequis illas me vel temere designasse, vel recentiores protulisse arbitretur. Anno 1799 mihi in historiam Ecclesiae collegiatae nostrae ad S. Petrum incumbenti Mstum in manus venit, anno circiter 1607 exaratum et collectum e chartis antiquioribus ad annum usque 1521 procurrentibus; in hoc praeter alia notatu digna de hujate praepositura, etiam *Ecclesiae Synodales* recensebantur, videlicet: *Berka*, *Drans-*

Digitized by Google

Dransfeld, *Geismar*, *Grene*, *Honstad*, *Markoldendorf*, *Moringen*, *Oedelsen*, *Seeburg et Stockheim*. Loca recensita vere sedes Archipresbyterales fuisse nullus dubito, cum aliunde certo constet, quatuor ex illis Berke, Grene, Markoldendorf et Seeburg hanc praerogativam habuisse, quidni habuerint et reliquae? Aeque certum mihi est, praefatas ecclesias jam ante annum 1521 fuisse synodales, quia anno 1607, quo Mstum compilatum est, religio catholica in Archidiaconatu Nortunensi, exceptis sedibus Nortuno et Seeburg, pridem abolita fuerat. Unum quod posset objici, est: videri Grene, Markoldendorf, forte etiam Stockheim potius ad Archidiaconatum Eimbeccensem, quam Nortunensem spectasse. Idem et ego sentio, propterea tres istas sedes in praesenti commentatione praetermisi. Causam vero, cur sedes Eimbeccenses Nortunensibus adjunctae reperiantur, inde repeto, quod utraque praepositura saepe eundem habuerit officialem.

E Msto nostro corrigenda est designatio perquam vitiosa sedium Archipresbyteralium praepositurae Nortunensis a *Stephano Alexandro Würdtwein*, *Wenkio* communicata et ab hoc P. II. Hist. Hass. N. CCCCLIII. edita, ubi quatuor tantum sedes, nempe Nörten, Seeburg, Duderstad et Büren enumerantur. Duae posteriores Archidiaconatui Nortunensi semper fuerunt alienae. Sedem *Duderstad* subjectam fuisse praeposito Heiligenstadiensi disertis verbis dicit diploma LXVII. Hist. Eichsfeld. P. I. ad an. 1305, ubi haec legimus: ... fratribus Kalendarum in Moguntina Dioecesi commorantibus juxta Dyderst. in prepositura Elygenstadiensi. Idem elucet ex alio diplomate P. II. Hist. Eichsf. N. CIII., vi cujus Dietherus Archiep. Mogunt.

pro-

prohibet, ne praepofitus Heiligenſtad. quidquam pecuniae pro fepultura civium Duderſtadienſium ſubita morte oppreſſorum exigat, vel exigi patiatur. Hoc vero oportuit Archiepiſcopum interdicere praepoſito Nortunenſi, ſi urbs Duderſtadt ſita fuiſſet in ejus Archidiaconatu. Adde quod Henricus de indagine orientali an. 1484 ad eccleſiam in Berlingerode non procul Duderſtadio, presbyterum praeſentet officiali Heiligenſtadienſi l. c. N. LXXIX. jam vero ſi urbs Duderſtadienſis ſedi noſtrae Seeburg contermina parebat Archidiacono Heiligenſtadienſi, multo magis ſedes *Büren* ultra Duderſtadienſem ſita eidem paruit. Hoc ſuſpicabatur *Wenckius* P. II. Hiſt. Haſſ. p. 358, ubi dubium ſuum de ſede Büren exponit, quem recte dubitaſſe animadverti P. I. Hiſt. Eichsf. p. 30: Herr *Wenck* hat wohl Recht, wenn er dem ihm mitgetheilten Nörtiſchen Archidiaconats-Regiſter, worin auch ſedes Beuren ſteht, und dieſer alſo zu Sachſen gehören muſste, nicht trauet l. c. p. 358. Beuren hat nie unter Nörten geſtanden, ſondern allezeit unter dem Archidiaconat von Heiligenſtadt. Selbſt Duderſtadt mit verſchiedenen dabei gelegenen Dörfern gehörte 1305 und 1476 nach Heiligenſtadt. S. Urk. Nr. LXVII. und CIII. Zugleich ſieht man daraus, daſs auch Sächſiſche Oerter zu einem Thüringiſchen Archidiaconat gehören konnten. Neque ex ſitu tantum, ſed etiam e duabus chartis authenticis in priore commentatione p. 16-18. datis id probatur. In altera parochus villae Kyrrodenſis mille et quingentos circiter, paſſus a ſede Büren diſtantis an. 1339 parthenonem Bürenſem coram officiali Heiligenſtadienſi in jus vocavit; hic autem in altera parocho Bürenſi praecepit, ut Abbatiſſam et moniales Bürenſes moneret de

reddendis Actori decimis. Quid clarius? quid certius, et parochum Bürensem et monasterium Bürense fuisse in potestate Archidiaconi Heiligenstadiensis?

Haec *Würdtweinii* scientiam fugisse, non est mirum. Nam chartae modo memoratae tum temporis nondum lucem viderant, et descriptiones Archidiaconatuum Heiligenstadiensis et Nortunensis nemo illorum, a quibus petierat, quod nuspiam reperirentur, Moguntiam submittere potuit. Quod ipse apud me anno 1780, cum illum inviserem, conquerebatur sciscitans, utrum in Eichsfeldia praesto essent indiculi omnium locorum exigendis vectigalibus inservientes, (Steuer-Kataster) quibus defectus catalogorum Archipresbyteralium aliquo modo posset suppleri. Ast suppleri non potuit. Hinc descriptionem Archidiaconatus Heiligenstadiensis, qualem *Wenckius* l. c. N. CCCCLV. vulgavit, prorsus neglexi, quia numerus trium sedium Archipresbyteralium amplitudini illius Archidiaconatus neutiquam respondere videbatur, et duae ex illis *Helmsdorf* et *Martinfeld* multam habent debitationem. Hac de causa descriptionem Commissarii *Jagemann* anno 1660 confectam sequi malui. Licet enim minus integra sit, ac fuerat Saeculo XVI, omittit quippe tractum Hassiae prope urbes Allendorf et Witzenhusium cum una alterave sede, jurisdictioni Archiepiscopi Moguntini pridem subtractum; verosimile tamen est, descriptorem, quas exhibet sedes Archipresbyterales, non tunc novasse, sed antiquas e veteri catalogo retinuisse. An *Archidiaconatus Jechburgensis*, cujus mentio hic quoque mihi facienda est, vitiis careat, nunc quidem in medio relinquo. Si *Würdtweinio* rectus videbatur, non capio, cur Gerodam et villas proximas Lüderode, Weissenborn,

born, Jüzenbach, Holungen, Bischoferode et Neustadt bis enumeret, illas jam Archidiaconatui Nortunensi sub sede Duderstadt, jam Jechburgensi sub sede Bleicherode adscribens. *Wenck* l. c. N. CCCCLVI. Talis inconstantia me suspensum tenuit ac dubitantem, utri Archidiaconatui Gerodam cum locis memoratis addicerem. Vid. Commentat. de Archidiaconatu Heiligenstad. p. 21. Nunc ad Nortunensem redeo.

Detexi quidem sedes Archipresbyterorum, sed parum est has nosse, nisi et cujuslibet sedis ambitum et ecclesias noveris; utrumque autem desideratur in Msto memorato. Huic defectui mihi longe ingratissimo ut mederer, excussi totum tabularium ecclesiae nostrae collegiatae, inquisivi veteres chartas aedis S. Joannis Göttingae, ubi officialis Nortunensis per aliquot saecula habitavit ac judicio ecclesiastico praesedit; sed utrobique frustra. Forte culpa *Henrici Ebbingshausen* praepositi Nortunensis et parochi Miltenbergensis, (1594-1603) quem turpiter profugum penum chartaceam abripuisse ferunt, veteres catalogi amissi sunt. Quid nunc consilii caperem? Alterutrum facere me oportebat, vel loca omnia totius Archidiaconatus, una serie non interrupta, confuse recensere; vel singulis sedibus tot et tales ecclesias tribuere, quot et quales habita ratione situs, illis convenire videbantur. Illud Lectoribus valde ingratum fore praevidi, in hoc autem, licet interdum a vero ordine deflectam, cum excusatione possum errare, quapropter posterius elegi.

Potuissem hic praefationem finire, nisi aliquas observationes in Archidiaconatus Moguntinos addendas putarem, scilicet quo tempore tot Archidiaconi, habuit dioecis Moguntina 19,

et quales viri fuerint instituti. Priscis temporibus Episcopi Moguntini unum duntaxat habuere Archidiaconum, sicuti omnes alii Episcopi. In dioecesi Trevirensi anno 640. *Cunibertus* Archidiaconus occurrit et an. 664. *Garibertus*, de quo Hontheimius Hist. Trev. T. I. p. 30: ille Archidiaconus non tantum membrum erat cleri metropolitani, sed praecipuus Episcopi minister. Saeculo autem octavo episcopatibus germaniae insigniter ampliatis, inprimis Moguntino, cujus fines longe per Thuringiam et aliquantum per Saxoniam inferiorem protendebantur, summis pastoribus pluribus oculis ac manibus opus erat, ad gregem tam numerosum custodiendum. Hinc anno 773. sub Adriano I. Pontifice Etho Episcopus Argentinensis per dioecesin suam septem instituit Archidiaconos. *Grandidier* Hist. de l'eglise de Strasbourg T. I. p. 176. et T. II. Pieces justific. N. 67. Saeculo IX. Episcopatum Wirceburgensem in duodecim Archidiaconatus fuisse divisum, legimus apud *Ussermann* Prolegom. p. XXXVII. et apud *Schöps* Beschreibung Würzburgs S. 47. Quis dubitabit, Metropolim Moguntinam omnium amplissimam dividendo praeivisse, licet nullum divisionis diploma possideamus? Vestigium saltem divisionis utique pridem factae extat apud *Guden.* T. I. p. 357. ad annum 976, quo sancitur: in Archidiaconatu Aschaffenburgensi nulli sine licentia Magistri scolares instruant &c.

Dignitas Archidiaconi solis fere Canonicis Ecclesiae Metropolitanae conferri solebat, eratque annexa praeposituris collegiatarum teste *Gudeno* T. I. p. 492. sic scribente: hoc ita declarandum, quatenus nempe omnes praepositi Ecclesiarum collegiatarum fuerunt olim Archidiaconi Episcopatus seu Ecclesiae Moguntinae; singuli certum dioecesis districtum sua sub jurisdictione habentes &c. *Gudeno* assentitur *Würdtweinius* Commentationis I. de Archidiaconatu Praepositi Metropol. Mog. praefat. p. 1: in aprico est, praeposituris ecclesiarum annexos esse Archidiaconatus: singuli vix non vastitate episcopatus adaequant. Quam vere uterque scripserit, docent exempla.

Anno

Anno 1090. *Arnoldus* Custos Metropolitanae simul erat praepositus Erfordiensis. *Gud.* T. I. p. 31. An. 1127. *Hartmannus* Cantor Metropol. praepositus S Mauritii. ibid. p. 66. An. 1128. *Henricus* praepositus Metropol. simul praepositus S. Victoris; *Durimbertus* Scholasticus Metropol. praepositus S. Joannis; *Godescalcus* Canonicus Metropol. etiam praepositus S. Mariae in campis; *Anselmus* Can. Metrop. etiam praepositus S. Mariae ad gradus. ibid. p. 79. An. 1130. *Godeboldus* curiae camerarius praepositus S. Petri in Fritzlar. ibid. p. 93. An. 1137. *Adelbertus* Can. Metropol. praepositus S. Mariae. ibid. An. 1144. *Sigelo* praepositus Nortunensis. *Gud.* l. c. p. 163. *Camerarius* an. 1155. ibid. p 224. et Decanus Metropol. an. 1158. et 1160. ibid. p. 231 et 236. An. 1158. *Burkardus* praepositus Dorlonensis et Jechaburgensis Joan. Rer. Mog. T. II. p. 488. Similia exempla suppeditat saeculum decimum tertium. Ista consuetudo, quam servabant Archiepiscopi Mogunt. Canonicos Metropolitanae ornandi praepositurís, deinceps in legem abiit, vel in pactum venit ita, ut reliquus clerus a dignitate praepositi plane excluderetur. *Würdtw.* subsid. diplom. T. IV. p. 298. Exclusio tenuit ad finem usque Saeculi XIV, quo tempore invalescentes Romanorum pontificum reservationes etiam sacerdotibus plebejis ad praeposituras aditum aperuerunt.

Forte erit, qui dubitare pergat, an praepositi nostri simul fuerint Archidiaconi, quia hoc titulo in allatis literis nunquam usi sunt. Raro, non diffiteor, praeposito alicui nomen Archidiaconi tribuitur, interdum tamen factum est; et quandoque etiam praepositi illius, de quo sermo erat, Archidiaconatus exprimebatur. Sic in Synodo Moguntina an. 1133. coacta inter testes principem locum habent: Archidiaconi S. Moguntinae Ecclesiae: *Henricus* major praepositus, *Adelbertus* praepositus S. Petri, *Godescalcus* praepositus S. Mariae, *Cuno* Decanus, *Hartmannus* Cantor, *Henricus* praepositus Pinguiae. *Wenck.* Hess. Gesch. II. B. Urk. N. LV. Ubi notandum est, *Henricum* majorem praepositum fuisse Archidiaconum Metropolitanae Ec-

 clesiae,

Digitized by Google

clesiae, reliquos autem in suis praeposituris per dioecesin Moguntinam. An. 1150. in *Würdtw.* Comment. I. p. 87. invenies hunc locum: . . . jure autem dioecesano mihi meisque successoribus, ait *Henricus* Archiep. et Archidiacono suo, majori Moguntine Metropolis praeposito obediens esset et subjecta &c. Eodem anno idem Archiepiscopus Sigeloum praepositum Nortunensem, vocabat Archidiaconum suum, utique non per praeposituram Metropolitanam, sed per Nortunensem. *Wenck.* Hess. Gesch. II. B. II. Abth. S. 747. Ipse sibi titulum Archidiaconi tribuebat *Gotfridus* Canonicus Metropolitanus in literis an. 1224, quas orditur his verbis: Ego *Gotfridus* Custos et Archidiaconus majoris Ecclesiae Moguntine &c. *) *Gud.* T. I. p. 491. Haec de nomine Archidiaconi praepositis interdum dato sufficiant, restat ut et Archidiaconatus proferam, qui cum nominibus praepositorum suorum exprimuntur. Apud *Guden.* T. I. p. 174. *Henricus* Arch. Mogunt. de nova ecclesia in Witelesassen an. 1145. a se consecrata dicit: . . . qualiter cives ecclesiam in Archidiaconatu Lodewici beati Petri prepositi satis decentem exstruxerunt. Pergit: quorum annuentes petitioni presente memorato Archidiacono ecclesiam consecravimus. Ibidem p. 620. memoratur ecclesiam in Bensheim sitam esse in Archidiaconatu *Ludovici* praepositi S. Victoris an. 1251. Ad eundem Archidiaconatum spectabat ecclesia S. Catharinae in nova civitate Oppenheim; quam *Gerhardus* in parochiam an. 1258. erecturus, consilium et consensum *Ludovici* praepositi S. Victoris loci Archidiaconi prius exquisivit. *Gud.* l. c. p. 660. Plura hac super re testimonia congerere superfluum esset, neque mihi, quod de Archidiaconis amplius disseram, modo occurrit.

*) Cum officio custodis conjuncta erat praepositura S. Joannis Moguntiae, cujus Archidiaconatus in Hassia situs erat. Conf. GUD. l. c. p. 492.

§. I.

Digitized by Google

§. 1.

Series Archidiaconorum Nortunensium ab anno 1093 — 1570.

Etelgeri nomen erat praeposito Nortunensi exeunte saeculo undecimo et ineunte duodecimo viventi. Anno 1093. scripsit literas fundationis monasterii Bursfeldensis, Leuckfeld *Antiq. Bursf.* p. 10, et coenobium Catelnburgense an. 1105. vice Ruthardi Archiepiscopi Mogunt. confirmavit. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 545.

Waltherus titulo praepositi de Northeim insignitur an. 1123. apud Guden. *cod. dipl.* T. I. N. XXV. et apud Scheid. *mant. docum.* p. 558. an. 1328; recurrit annis 1135. et 1139. *cod. dipl. ad jus publ. Brunsvic.* p. 695, *Gesch. der Stadt Göttingen.* III. Th. p. 101. et an. 1141. in *Orig. Guelf.* T. IV. p. 527.

Sigelo frequentissimus testis adducitur in diplomatibus Henrici Archiepiscopi Mogunt. ab an. 1144 – 1152, uti videre est apud Guden. T. I. p. 163 – 218. Anno autem 1155 titulum habet Camerarii urbis Moguntinae et an. 1158. 1160. etiam Decani Metropolitani. ibid. p. 224. 231. et 236.

Godescalcum invenimus an. 1189 in comitatu Conradi Archiepiscopi Mogunt. parochiam Teistungensem instituentis a), et iterum an. 1190. quando idem Conradus monasterio Hildewardshusano donationem decimarum novalium confirmabat. Polycarpi Leyser *Hist. comitum Eberstein.* p. 78.

Fride-

a) *Eichsf. Gesch.* I. B. Urk. N. XII.

Digitized by Google

Fridericus Comes de Eberstein fuit Praepositus Nortunensis ab anno 1222. ad annum 1268. circiter, simul Praepositus Rasdorfensis in ditione Fuldensi, S. Joannis Moguntiae et Custos Metropolitanae Ecclesiae *b*). Hic est, qui divisionem bonorum an. 1254. cum Canonicis Nortunensibus iniit *c*). Si plus de eo scire desideras, adi scriptorem infra nominatum *d*), ex quo nonnulla delibavi in historia collegiatae Nortun. p. 284 et seqq.

Lupoldus de Hanstein ante Scholasticus Frideslariensis ab anno 1260 *e*) et an. 1291. Canonicus Metropolitanus praepositurain suam ultra annos 47 magna cum laude gessit. Praeter varias literas alibi jam vulgatas adhuc superest sacellum S. Cyriaci an. 1303. ab ipso liberaliter dotatum, nunc autem valde inops et squallidum. *Gesch. des Peters-St.* S. 94. Urk. N. XVIII. Successorem habuit

Henricum de Rosenstein, Canonicum et Archipresbyterum Ecclesiae Metropolitanae Mogunt. *f*). Is an. 1327. curiam suam Eckberto de Einbeck Canonico Nortunensi et Vicario S. Cyriaci certis legibus incolendam dedit, quas Matthias Archiepiscopus ratas habuit *g*). Haud diu post abdicavit se praepositura, siquidem an. 1335. ipso adhuc vivente jam secundus successor eandem tenebat. Primus fuit

Joannes de Constantia Decanus Moguntinus, testibus literis authenticis *h*). Brevis fuit ejus Magistratus, nam an. 1327. nondum ceperat et an. 1335. jam dimiserat, remissis antequam dece-

b) SCHANNAT *Dioec. Fuld.* p. 208. et 213. GUDEN. T. I. p. 551.
c) *Urk. des Peters-St.* N. II. et III.
d) SCHUNKS *Beiträge zur Mainz. Gesch.* III. Th. S. 373.
e) Series Praepositorum, Decanorum &c. Frideslar. p. 39.
f) WÜRDTW. Dioec. Mog. in Archidiacon &c. T. I. p. 30.
g) *Urk. des Peters-St.* N. XXIX.
h) *Meine Hist. Abhandl. von den geistl. Commissarien.* Beil. N. I.

Digitized by Google

decederet, Clero Nortunensi exuviis *i*). Depositum munus obtigit

Cunoni de Falkenstein Canonico Metropolitano. Is rogatu Cleri sui an. 1335. defectus, qui in judicia officialium irrepserant, emendat aliaque locis et tempori opportune ordinat *k*). Vir erat summo splendore summaque gratia apud suos, et exauctorato Henrico Archiepiscopo (1346) in regenda provincia Moguntina primas partes agebat, tanta prudentia, ut an. 1362. a Boemundo Archiepiscopo Trevirensi Canonicus et adjutor nominaretur. Hontheim *Hist. Trev.* T. II. p. 224.

Theodericus de Hardenberg cum dignitate Cantoris, mox Scholastici Frideslariensis ac praepositi Heiligenstadiensis etiam praeposituram Nortunensem conjunxit, sed non sine contentione cum potenti adversario, Hermanno Hassiae Landgravio, qui genti Hardenbergiae an. 1363. bellum adeo intulit *l*). Renuntians tandem anno 1367. juri suo arma ponit *m*) et Theodoricum in quieta possessione relinquit morte finita an. 1377 *n*).

Henricus von der Linden. Si dixero Henricum fuisse filium Ottonis Ducis Brunsvicensis extra justas nuptias procreatum, et an. 1389. in obsidione urbis Göttingensis in manus civium venisse *o*), omnia dixi, quae de illo hactenus innotuerunt. Mirum profecto est, neque hujus, neque alterius praepositi mentionem triginta annorum spatio uspiam in rebus nostris fieri.

Joannes de Rengelderode equestri loco in Eichsfeldia natus, fuit praepositus noster an. 1424. *p*) juxta ac praepositus Jechaburgen-

i) Ibid. *k*) Ibid. *l*) E Msto Hardenberg.

m) *Urk. des Peters-St.* N. XXXVIII.

n) Series Praepos. Decan. Frideslar. p. 39.

o) *Göttingische Gesch.* I. B. S. 95.

p) Matricula Academ. Erford. ad hunc annum.

Digitized by Google

burgensis et Provisor Erfordiensis, magna valens gratia apud principem suum Archiepiscopum Mogunt. *q*). Administrationem praepositurae Nortunensis anno 1441. commisit *Joanni Schwanefliigel* Decano Ecclesiae Cathedralis Hildesiensis *r*).

Joannes Schwanefliigel e procuratore antecessoris sui praepositus ipse factus est ante an. 1449. *s*) Ei Pius II. Papa an. 1462. in mandatis dedit, ut patres Franciscanos Göttingae minus religiose viventes ad exactiorem vitae disciplinam revocaret *t*). Vitae curriculum confecit an. 1466. Behrens Histor. Praepositorum, Decanorum &c. cathedral. eccl. Hildesh.

Gevehardum de Hardenberg Canonicum Ecclesiae cathedralis Hildesiensis praepositum nobis hactenus incognitum detegit pactio cum Senatu Göttingensi facta an. 1468. de modo servando in usu jurisdictionis ecclesiasticae. Nr. L. Ultra quinquennium Clero Nortunensi non praefuit.

Jacobus Pauw. Hic sicuti prior, nullibi alias memoratus occurrit in diplomate an. 1471. Nr. LII.

Thilo Brandes Patricius Hildesiensis J. U. D. apud suos Canonicus Cathedralis et Praepositus S. Crucis. Nec annum, quo praeposituram capessivit, nec quo deposuit, mihi licuit investigare. Hoc autem reperi, illum anno 1520, quo Erfordiae fundavit collegium Saxonicum, titulum praepositi Nortunensis omisisse, licet ipse praepositum Ecclesiae S. Crucis Hildesiensis se nominet *u*). Unde judico ante hoc tempus praefatum Thilonem a Statione Nortunensi jam abiisse.

Joannes

q) GUDEN. T. IV. p. 852.
r) *Urk. des Peters-St.* N. XLVIII.
s) *Hist. Abhandl. von den geistl. Commiss.* Beil. IV.
t) Dipl. inedit.
u) M. OSANNS *gelehrt. Erfurt.* III. B. II. St. S. 43.

Digitized by Google

Joannes Pleker verosimiliter Clericus Hildesiensis * ex abdicatione antecessoris sui ad dignitatem praepositi Nortunensis pervenit, quam occupavit an. 1521. die 10000 martyrum, tenuitque usque ad an. 1538 *v*). Interea temporis de quibusdam praepositurae redditibus multum ei certandum fuit cum perillustri gente de Mingerode et cum coenobio Pöldensi *w*).

Joannes Horneburg admissus est a collegio canonicorum an. 1538. et eodem solvit statuta Ecclesiae Nortunensis i. e. pecuniam a novo praeposito dari solitam, teste veteri Msto. Semper cum abesset, omnes officii sui partes per Laurentium Schienen officialem agi curavit et more antecessorum circa an. 1547. praeposituram alteri cessit *x*). Suspicor Joannem Horneburg, qui fuit praepositus Ecclesiae Cathedralis Brandenburgensis et anno 1550. factus est Episcopus Lebusiensis *y*), hunc ipsum nostrum esse. Nam et nomen et tempus conveniunt.

Andreas Angerstein J. U. Licentiatus Canonicus Nortunensis repulsus a collegis suis necesse habuit admissionem Romae evincere. Quae praepositus gessit, illum fuisse virum bonum et frugi comprobant; bona enim praepositurae contra jus alienata vindicare studuit et Lubecae, ubi an. 1559. Decanatum in Cathedrali Ecclesia obtinuerat *z*), moriens an. 1570. legavit centum marcas annuas partim inter puellas egentes, partim inter pauperes studiosos Nortuni distribuendas *a*). Clausit Andreas agmen

* THEODERICUS PLEKER an. 1504. erat Canonicus Ecclesiae Cathedralis Hildesheim, licet ortu plebejus. STRUBEN *de ortu et progressu ordinis equestris* p. 42.

v) *Geschichte des Peters-St.* S. 291.

w) *Ebend.* S. 292. *x*) *Ebend.*

y) GERKEN *Stifts-Hist. von Brandenburg.* S. 284 und 285.

z) *Geschichte des Peters-St.* S. 292.

a) Ex liter. ined.

Digitized by Google

agmen Archidiaconorum Nortunensium, potestate illorum in commissarium ecclesiasticum Heiligenstadiensem translata.

§. 2.

Officiales Nortunenses.

Sibodo plebanus et *judex ordinarius* Capituli Nortunensis compositionem inter parthenonem Weendensem et Widekindum quendam factam testatur an. 1258. SCHEID *Mant. Docum.* p. 295.

Wernerus de Wirxtshusen, cui an. 1261. Thidericus Sacellanus ejusdem loci praesentatus est. LEUCKFELD *antiq. pöld.* p. 68.

Joannes judex de Northene apud WENCK *Urk. zum II. B. Hess. Landesgesch.* p. 208. an. 1274. Idem literis super mutatione unius mansi in novali majore sigillum suum apposuit an. 1276. Nr. IX.

Magister Rudolfus judex Northunensis pacto cuidam Nordhemii sancito testis adstat an. 1298. KOTZEBUE *Antiq. Nordheim.*

Albertus judex capituli Nortunensis. Coram hoc an. 1307. Plebanus Lottringhusanus omni actioni contra monasterium Wibbernshusanum renunciat. DOMEIER *Geschichte der Stadt Hardegsen.* S. 80. v. etiam N. XVII.

Henricus de Hogersdorf in diplomate Historiae Coenobii Steinensis ad an. 1321. Nr. VI. occurrit his verbis: Tüge dieser Dinge und dieser Rede sind Meister Hinrich von Hogerstorp de Richter to Nörthene &c.

Magister *Eckebertus* officialis praepositurae Nortunensis an. 1323. inter testes legitur. *Eichsf. Gesch.* II. B. Nr. XXXI.

Hartungus. Huic Henricus Archiep. Mogunt. Kalendis Octobris an. 1339. praecepit, ut a judicio contra cives Gottingenses exercendo hac vice abstineret. *Götting. Gesch.* I. B. S. 79. III. B. S. 113.

M. *Thi-*

Digitized by Google

M. *Thidericus Ruffi* fuit simul parochus ad S. Albanum Göttingae 1354 collegit hoc anno fructus biennales per praeposituram Nortunensem. WÜRDTW. *Nova subs.* Tom. 6. p. XII. et XIII. Designatus an. 1357. Commissarius Archiepiscopi Mogunt. per praeposituram Einbeccensem. HEINECCI *Antiq. Goslar.* p. 257. 258. Post hunc magnae sunt lacunae.

Johann Dempestes vel *Tempeses*, uti quandoque scribitur, anno 1440. vocatur official. in Nörthen, quando cum quibusdam aliis viris nobilibus et presbyteris concordiam inter Senatum Göttingensem et Monasterium Lippoldsberg conciliabat. *Göttingische Gesch.* III. B. S. 204.

Joannes Holtberg. Extat hujus sententia arbitralis de decimis a parocho Sülingensi Collegio Canonicorum Nortunensium injuste denegatis an. 1446. Nr. XLIV.

Bertoldus Amelose. Annis 1471. et 1473. praesedit judicio ecclesiastico, a quo ad Sedem Moguntinam Conradus Udonis Scholasticus Salzensis (in Langen-Salza) provocavit an. 1473. Nr. LIII. et LIV.

Ludovicus Winkelmann Canonicus S. Mauritii Hildesiae 1476. Asservatur in tabulario civitatis Göttingensis charta anni 1476. cujus initium tale est: Eck Lodewicus Wynckelmann Canonick Sancti Mauritii Karcken uppe dem Berge vor Hildensem nu tor tyd official der provestie to Nörthen menschis Sprengels bekenne opinbar in dussem Breve Nadem myne Vorfaren in dem Officialate mit dem erlicken Rade to Göttingen in eynunge und vorschrivinge syn ghesetten &c.

Conradus Bruns repertus a me in literis nondum editis an. 1504.

Joannes Mechelmeshusen Canonicus ad S. Martinum Heiligenstadii memoratur officialis praepositurae Nortun. et Einbeccensis an. 1515. *II. Th. der Nachrichten von dem Stifte S. Alexandri zu Einbeck.* S. 134. Conf. *Gött. Gesch.* III. B. S. 267.

Digitized by Google

Joannes by der Linden. Ejus officium indicat litera ei sic inscripta: Dem werdigen und achbaren Herrn Johann by der Linden, Official der Probstie Sanct Peters Kerken tho Nörthen. *Ebend.* S. 268. Partheron Lippoldsberg 1534. praesentavit ei presbyterum ad Ecclesiam parochialem in Moringen. DOMEIER p. 108.

Laurentius Schienen alias Goldschmidt nuncupatus. Huic litem intendit Andreas Angerstein praepositus post an. 1547. ob administrationem praepositurae sub Antecessore minus integre gestam *b*). An successorem habuerit, valde dubito.

§. 3.

Ambitus et fines Archidiaconatus Nortunensis.

Archidiaconatus Nortunensis et spatii amplitudine et numero ecclesiarum et praestantia urbium monasteriorumque nulli secundus septentrionem versus, proximus fuit Archidiaconatui Eimbeccensi et Dioecesi Hildesiensi. Fines Episcopatus Hildes. a Ludovico pio anno 822. et iterum ab Henrico II. imperatore an. 1013, ob controversiam de jurisdictione in Abbatiam Gandersheimensem ortam inter S. Willegisum Archiepiscopum Mogunt. et S. Berwardum Episcopum Hildes. descripti sunt *c*). Cum autem loca limitanea a montibus Hercyniis usque ad Visurgim ab imperatoribus designata partim vastata sint, partim incerta maneant, quanquam Falke et Lauenstein iis explicandis operam dederint: antiqua illa finium descriptione niti haud possumus. Igitur viam aliam eamque tutiorem inibo, et ecclesias ad dioecesin Moguntinam certo pertinentes hic indicabo, juxta et ecclesias Episcopo Hildesiensi explorate subjectas.

Mogun-

b) *Geschichte des Peters-St.* S. 292.

c) LEIBNIT. *Script. Brunsvic.* T. II. p. 155.

Moguntinae Dioecesis erant: Zellerfeld in sylva Hercynia, Münchhof, alias Kemnate dictum, Grene, Nanexen Amensen et Strot, Markoldendorf et Vorwold. Hildesiensis erant: Seese, Herhausen, Gandersheim, Erzhausen, Vardessen, Eschershausen, Scharfoldendorf, Holthusen, Wikensen, Amelunxborn et Holenberg *d)*. Maxima autem pars horum locorum contermina fuit Archidiaconatui Einbeccensi, uti e descriptione sedium Archipresbyteralium patebit.

Ab ortu Nortunensis Archidiaconatus porrigebatur ad Jechburgensem. Hujus sedem Bleicherode tangebat nostra sedes Seeburg; quibus autem in locis tetigerit, ob causam in praefatione allatam, nolo hic decernere.

Meridiem versus nostrum cingebat Archidiaconatus Heiligenstadiensis nominatim Simerode et Bischhagen sedis Heilig. et Kirchgandera, Rohrberg et Rustefeld sedis Kirchg.

Ab occasu Visurgis Nortunensem a vicinis Archidiaconatibus disterminabat, a *Frideslariensi* quidem prope urbem Mündam et villas inter Fuldam et Werram sitas; a *Geismariensi* juxta Bursfeld et Lippoldsberg, et ab *Episcopatu Paderbornensi* juxta Wanbeck et Lauenförde.

§. 4.

Sedes Nortun.

Huc referuntur: Bischhausen, Angerstein, Lütgenrode Elvesse, Marienstein, Bühle, Sudheim, Suershausen, Nieder-Billingeshausen, Spanbeck, Holzerode, Ober-Billingeshausen, Eddingehausen, Reigershausen, Bovenden, Weende, Nicolaus-Berg, Grone, Parensen, Harste, Grosen-Rode, Berensen, Hillerse, Höckelheim.

Eccle-

d) *Gelehrte Hannöv. Anzeig.* 1753. 14. Stück.

Ecclesia parochialis S. Martini antiquitate nulli in hac regione cedens evecta est an. 1055. in ecclesiam collegiatam, a Lupoldo Archiepiscopo Moguntino, qui eam fundis et decimis tam liberaliter auxit, ut duodecim Canonici instituerentur *e*). A numero duodenario ad Senarium jactura bonorum Canonicos pridem redegit *f*). Jus patronatus parochiae Lupoldus contulit praeposito et Gerardus Archiep. Capitulo an. 1259. conjunxit g). Accessere paulatim sequentes Vicariae:

1) *Vicaria S. Cyriaci* fundata a Lupoldo de Hanstein hujate praeposito, pro novo Sacello, quod ipse an. 1303. inter curiam suam construxit. *Geschichte des Peters-St.* p. 94. et 95. *Urk.* Nr. XVIII.

2) *Vicaria B. M. Virginis*, quam Joannes Parochus in Dransfeld an. 1311. instituit, Decano jus tribuens successores primi vicarii designandi. *Ebend.* p. 96. *Urk.* Nr. XXI.

3) *Vicaria*, cujus Auctor fuit Magister Eckbertus dictus Westfal de Eynbecke, Canonicus ecclesiae Fritzlariensis, confirmata ab Henrico Archiep. Mogunt. an. 1339. *Ebend. Urk.* Nr. XXXII.

4) *Vicaria S. Magdalenae in crypta* an. 1341. debetur Henrico de Grone Scholastico et Konemundo de Waken sacerdoti, ex quorum instituto senior Capituli vicarium nominare solebat. *Ebend.* Nr. XXXIII.

5) *Vicaria S. Severi.* Hanc Nicolaus de Hevensen Vicarius ad S. Cyriacum et Wedekindus de Redingshusen an. 1342. condiderunt. *Ebend.* Nr. XXXIV.

6) *Vicaria S. Sylvestri* est monumentum pietatis Joannis de Hardenberg et filii ejus Ditmari armigeri, qui consentiente capitulo novum sacellum in coemeterio aedificarunt sufficienti dote presbytero assignata ea conditione, ut ibi quotidie missam dice-

e) *Geschichte des Peters-St.* S. 5.

f) *Ebend.* S. 128. g) *Urk.* Nr. VIII.

diceret. Extinctis Hardenbergiis Lindavii commorantibus jus patronatus in capitulum transiit. *Ebend.* Nr. XXXV.

7) *Vicaria S. Elisabeth.* Tempus fundationis nescimus, novimus autem fundatores Henricum et Hildebrandum fratres de Hardenberg et prioris filium Henricum ex eorundem literis an. 1380. *h*) Joannes Wedekind circa an. 1621. mortuus ultimus fuit vicariae possessor *i*), quam Arch. Mog. an. 1664. vicariae S. Sylvestri attribuit. *Urk.* Nr. XCVI.

8) *Commenda S. Antonii.* Quis et quo tempore illam initiaverit, frustra inquisivi, reperi autem ante an. 1388. extitisse *k*) et 1572. a Theoderico de Hardenberg Nicolaum Tollen fuisse praesentatum. Nr. LXXI.

9) *Vicaria S. Eustachii* in crypta minore sub choro, conditorem habuit Engelhardum scholasticum an. 1386. jus vicarium nominandi post mortem instauratoris, penes Engelhardi consanguineos fuit. Nr. XLIII.

10) *Vicaria in Sacello S. Thomae*, cujus memoriam retinet testimonium officialis Nortunensis de quodam statuto Canonicorum ejusdem ecclesiae an. 1444. datum. Nr. L.

11) *Altare seu commenda SS. Trinitatis.* Post dimidium Saeculi XV. Berta vidua Henrici de Hardenberg cum duobus civibus Nörtensibus illud dotarunt. Matris factum probant Theodericus et Henricus de Hardenberg an. 1482. Nr. LIII.

12) *Vicaria S. Nicolai.* Mentio hujus vicariae fit an. 1459, quo Margaretha Engelhard Nörtensis Vicario Henrico Gödeke, curiam sitam extra portam inferiorem donavit. Nr. LI. Extra ecclesiam

Sacel-

h) *Urk.* Nr. XL.

i) *Geschichte des Peters - St.* S. 97.

k) *Ebend. Urk.* Nr. LXXXIV.

Digitized by Google

Sacellum trium regum in castro Hardenberg verosimiliter cum arce ipsa exstructum. Census vicarii auxit an. 1530. Joannes Brecht Sacerdos *l*), quos Sacello circa an. 1590. profanato Canonici repetierunt. Nr. LXXV.

Sacellum in Domo Leprosorum extra portam septentrionalem. Et domum et aediculam sacram in honorem S. Annae et Andreae erigi curavit Hermannus Henefedder civis Nörtensis an. 1520, centum florenos in sumptus conferente Conrado Zimmermann presbytero. Vicarius obstrictus ad sacrum quavis hebdomada semel celebrandum, nominandus erat a capitulo et praesentandus a perillustri gente de Hardenberg. Nr. LXI. et LXII.

Parochiae Nortunensi fuerunt ecclesiae filiales quatuor:

Angerstein a matre an. 1150. per Henricum Archiep. Mog. translata ad monasterium Steine. WENCK *Hess. Gesch.* II. B. II. Abth. S. 747.

Bischhausen Ecclesia S. Georgii. Incolae a Decano Nortunensi an. 1385. hoc impetrarunt, ut trinis vicibus per annum res divina in Sacello perageretur. *Urk. des Peters-St.* Nr. XLII.

Elvessen Ecclesia S. Martini. Ad exemplum Bischhusanorum Elvessenses id sibi dari postularunt an. 1398. a collegio canonicorum Nortun., ut Sacellum ipsorum dedicaretur et trinae missae quot annis in eo dicerentur. *Ebend.* Nr. XLV.

Lütgenrode Ecclesia S. Joan. Evang. Matri, mutatis licet sacris, constantissime adhaesit ac baptismum sepulturam et matrimonii consecrationem a parocho suo Nortunensi hactenus suscepit.

Monasterium Mariensteine O. S. B. Ante medium Saeculi XI. stetit hic Sacellum B. M. Virgini sacrum ad ecclesiam collegiatam S. Martini Heiligenstadii pertinens, quod Lupoldus Arch. Mog. mutatione acceptum canonicis Nortunensibus an. 1055. dedit

l) *Ebend.* Nr. LXIII.

dedit *m*). Ruthardus ejus ſucceſſor cum ſibi ab Henrico IV. imperatore metuens, Moguntia profugus in arce Hardenbergenſi aliquamdiu degeret animumque adjiceret, ad novum monaſterium O. S. B. excitandum, idem Sacellum a praepoſito Nortunenſi an. 1102. obtentum novae familiae hic collocatae paulo poſt attribuit *n*). Illa paucis capitibus primum conſtabat modicis inſtructa facultatibus, ad quas augendas Adelbertus Arch. Mog. Eberhardum, quem Ruthardus caeteris praefecerat, an. 1120. dignitate Abbatis decoravit *o*). Varios caſus tulit monaſterium,* ultimum ſenſit ab igne juſſu Chriſtiani Ducis Brunſvic. an. 1626. injecto. *Meine Geſchichte des Peters-St.* S. 199. et 201. Inter bona monaſterii numeratum eſt

Praedium cum Sacello S. Margarethae ſupra villam Biſchhauſen ſitum. Sacellum pridem dirutum eſt, agrum ab an. 1558. poſſidet perilluſtris gens de Hardenberg. *Geſchichte des kl. Steine* S. 70.

Bühle Eccleſia paroch., quam an. 1242. Godeſcalcus plebanus curabat. Patroni perilluſt. gens de Hardenb. *Ebend. Beil.* N. III.

Sudheim Eccleſia fil. Capellam in Sudheim et duos manſos dotales Sifridus comes de Boumeneburch an. 1141. donavit coenobio S. Blaſii. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 525.

Sudershauſen Eccleſia paroch. Patroni illuſtriſſ. gens de Hardenberg.

Nieder-Billingshauſen Eccleſia fil. olim parochialis, ad quam an. 1492. Gevehardus de Hardenb. Canonicus Nortunenſis ſacerdotem Henricum Ludemanns praeſentabat. *Urk. des Peters-St.* Nr. LV.

Span-

m) *Ebend.* S. 8.

n) WENCK *Heſſ. Geſch.* II. B. II. Abth. S. 738.

o) *Urk.* Nr. I.

* Conf. *meine Geſchichte des Kloſter-Steine.*

Digitized by Google

Spanbeck Ecclesia paroch. Patroni olim dynastae de Plesse fuerunt.

Holzerode Ecclesia fil.

Ober-Billingshausen Ecclesia fil. olim paroch., si Chrachto plebanus de Billingesh. an. 1262. apud WENCK II. B. II. Abth. S. 738. huic loco praefuit.

Eddingehusen vel Odingehusen an. 1192. facello instructum legitur *p*), quod saeculo sequenti evasit ecclesia parochialis, cujus rector Joannes an. 1262. memoratur. *Urk.* Nr. VI.

Reigershausen Ecclesia fil.

Dyepoldehusen locus intra limites parochiae Edingehusen situs an. 1308. unitus est ecclesiae Weendensi a Petro Archiep. Mogunt. MEYER *orig. Pless.* p. 235.

Sacellum in castro Plesse. Rectores ejus modo capellani, modo plebani in Plesse vocantur *q*). Novum Sacellum an. 1485. aedificatum est a Mauritio de Plesse. MEYER l. c. p. 130.

Bovenden Ecclesia paroch. jus patronatus Godescalcus, Theodericus et Mauritius de Plesse, Ludovico Hassiae Landgravio an. 1447. feudi nomine obtulerunt. WENCK *Hess. Geschichte.* II. Abth. S. 805 u. 834.

Weenden Ecclesia paroch. Hanc Conradus et Bertoldus de Schönenberg an. 1268. Parthenoni Weendensi dono dederunt *r*). Is ante annum 1184. in eo villae loco, ubi nunc est domus administratoris, sedem fixerat, uti eruitur e literis Adelogi Episcopi Hildesiensis. SCHEID *Mant. docum.* p. 402.

Sacellum S. Augustini intra claustrum. Ut in eo perpetuum lumen aleretur, Godescalcus de Plesse monialibus die 20. Febr. an.

p) SCHMINK *monim. Hass.* Coll. II. p. 663.

q) v. g. Fridericus Capellanus Plessensis. Joannes Plebanus in Plesse an. 1247. testis fundati monasterii Höckelheim.

r) *Gött. Geschichte.* III. B. S. 135.

Digitized by Google

an. 1285. aream quandam marcis duabus et dimidia vendidit. MEYER l. c. p. 230,

Niclausberg haud dubie nomen traxit ab ecclesia in honorem S. Nicolai consecrata. Dictitant, an. 999. reliquias ejus huc allatas, quae monti famam conciliaverint et multos peregrinatores allexerint s). Certius est, coetum Virginum O. S. Augustini saeculo duodecimo t), incognito fundatore ecclesiae huic satis spectabili inserviisse, cujus rei vestigia et intus et foris manifesta sunt. Deserto monte in vallem se receperunt sacrae virgines, ut paulo ante notavi.

Burggrone castrum imperiale proprium habuisse sacellum patet e litteris Ottonis I. an. 969, quo capellam regalem in Grone et quinque mansos novo monasterio Pöldensi dedit u). Eadem an. 1146. e dono Conradi regis parthenoni Fridesele cessit v), quam donationem Fridericus Conradi Successor an. 1153. iteravit w). Nihilominus de jure patronatus controversia fuit cum Ducibus Brunsvicensibus x) an. 1475. amice composita y).

Ecclesia paroch. S. Joannis Baptistae in Burggrone eversa est, nescio quo fato, unde Papa Martinus an. 1419. indulsit, ut ejus proventus in alios pios usus converterentur z). An. 1390. Godescalcus de Grone erat plebanus in Burggrona. Nr. XXXIII.

Alden-

s) *Ebend.* II. B. S. 24. und III. B. S. 54.

t) Erravit Udalricus ab Erath scribens in conspectu Hist. Brunsvico-Luneb. p. XXII: 1300 fundatum circa hoc tempus monasterium Wehnde.

u) MADERI *antiq. Brunsvic.* p. 107.

v) *Gött. Geschichte fortgef. Betr.* S. 105.

w) *Ebend.* S. 108.

x) *Ebend.* S. 114 u. ff.

y) *Ebend.* S. 127.

z) *Gött. Geschichte.* III. B. S. 231.

Digitized by Google

Aldengrona Ecclesia paroch., cujus plebanum Albertum Reden vid. Nr. XXXIII.

Parensen Ecclesia paroch. jus patronatus olim possederunt Dynastae Plessenses. Wenck. *Hess. Gesch.* II. B. S. 738.

Harste Ecclesia paroch.

Großen-Rode Ecclesia paroch., de qua vid. N. IX. Parochi nominantur ab illustriss. gente de Hardenberg.

Hildesse Ecclesia paroch. Sanctimonialibus in Höckelheim ab Helmoldo de Plesse an. 1288. tradita. Wenck. l. c. Nr. CCXVI.

Höckelheim Ecclesia paroch. An. 1242. Henricus plebanus Höckelh. comparet in Capitulo Nortunensi. *Geschichte des kl. Steine.* Beil. III.

Höckelheim Coenobium. Ludolfus, Godescalcus et Poppo Dynastae de Plesse optantes habere aliquod monasterium in ditione sua, Adelam Abbatissam cum suis monialibus ord. cisterc. e Vorenhagen prope urbem Hamelam an. 1247. vocarunt Höckelhemium, iisque habitationem pararunt additis ad sustentationem bonis ea tamen lege, ut ne unquam extra territorium Plessense migrarent.* Steterunt moniales promissis, sed extincta an. 1571. familia Plessensi, locus ad Landgravios Hassiae venit, sub quibus virgines lutheranae catholicis successerunt. Illis an. 1580. Margaretha Bönigs praefuit. Wenck II. B. II. Abth. S. 853. 854.

Sacellum S. Annae extra monasterii portam, Abbatissa una cum aliquot devotis hominibus an. 1512. erexit, ubi semel per hebdomadem Missa legebatur. Wenck l. c.

§. 5.

* Wenck *Hess. Geschichte.* II. B. Urk. Nr. CXXXVI.

Digitized by Google

§. 5.

Sedes Honſtad.

Nordheim, Holtenſen, Wibbrechtshauſen, Edesheim, Imshauſen, Eboldshauſen, Vogelbeck, Alshauſen, Kalefeld, Sebexen, Hogershauſen, Oelxen, Weiſſen-Waſſer, Wiershauſen, Harriehauſen, Oldenrode, Diderode, Dögerode, Oldershauſen, Echte, Willershauſen, Weſterhof, Lagershauſen, Denkershauſen, Hammenſtedt.

Honſtad Eccleſia paroch. Hartungus plebanus an. 1208. aderat judicio ferri candentis habito *a*).

Monaſterium Nordheimenſe S. Blaſii O. S. B. fundatorem veneratur Ottonem Comitem Nordheimenſem, factum ducem Bavariae an. 1061, ſed initium valde incertum eſt, aliis annum 1050, aliis 1052, vel 1062 ſtatuentibus. Neque teſtimonium domeſticum ponens annum 1051 hic valet, cum admodum ſero exaratum ſit et ſcateat manifeſtis erroribus contra genealogiam *b*). Defectum chartae fundationis ante an. 1141 jam amiſſae aliquo modo ſupplet diploma Sifridi Comitis de Bomeneburg fundationem avi innovantis *c*). Poſt ejus mortem (1144) ad tres dominos, intra breve tempus, monaſterium pervenit, donec Henricus Leo illud an. 1164. recuperatum haeredibus ſuis relinqueret *d*). Reformationi Saeculi XV. conſtanter reſtiterunt coenobitae, ſed aeri alieno, bellis et rapacitati reſiſtere non potuerunt. Abbas ultimus Jacobus Bruns an. 1572. die 3. Septembris electus, alieno in monaſterio S. Michaelis Hildeſiii 1617. die 22. Aprilis ſupremum diem obiit. Quem vero Abbatem caeſaris Ferdinandi edictum et Victoriae poſt liminio intro-

a) Kotzebue ant. Nordheim ſub Abbate Hermanno III.

b) Leuckf. *antiq. Nordh.* p. 233. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 470.

c) *Orig. Guelf.* l. c. p. 523.

d) *Orig. Guelf.* T. III. p. 424.

Digitized by Google

introduxerant, Franciscum Molitorem Coenobitam ad S. Godehardum, is post pacem Westphalicam ad suos redire coactus est. KOTZEBUE *ant. North.*

Coenobium Virginum O. S. B. priori annexum in historia locum non haberet, utpote oblivione deletum, nisi Epistola Ducis Ottonis an. 1234. ejus memoriam servasset, qua jubet moniales juniores in alia claustra amandari ob sinistrum rumorem, sive verum sive falsum *e*). Scio non paucos hoc mandatum legentes magnopere offendi, quod moniales juxta monachos habitarint. Nesciunt illi, nihil communius fuisse ordini Benedictino, quam ut non procul a monachis monachae viverent, quin principes, Episcopi et populus mali quid suspicarentur. Itaque si specialis causa religiosas hic amovendi intervenerit, laudo prudentiam et pietatem Ottonis; sed alia coenobia, ubi manebant virgines, non vitupero.

Sacellum B. M. Virginis in Coenobii immunitate situm, cui Abbas Everardus et conventus ab Azone litone suo IV. areas redimentes, unam assignant an. 1258. KOTZEBUE *de monasterio S. Blasii.* Conf. REDDERSEN p. 71.

Ecclesia paroch. S. Sixti circa an. 1200. aedificata creditur. Plebanus Nordheimensis Widekindus an. 1208. aderat judicio per ferrum candens de praedio Huferberg terminando *f*). Anno 1244. * Abbas S. Blasii unionem ecclesiae Sixtinae cum suo monastorio impetravit a Sigefrido Arch. Moguntino *g*), ex quo tempore penes Abbatem erat, parochum vel externum, vel religiosum, quibus vellet conditionibus, nuncupare.

Vero-

e) *Orig. Guelf.* T. IV. p. 140.

f) SCHEID *Anmerk. und Zusätze* p. 687. KOTZEBUE *de monast. S. Blasii.*

* Annus MCCXXXIX. apud LEUCKF. non convenit cum anno decimo quarto pontificatus Sigefridi Archiep.

g) LEUCKF. *antiq. Nordh.* p. 242.

Digitized by Google

Verosimiliter in hac ecclesia fuerunt duae illae commendae, de quibus mentio in antiquis scriptis occurrit. Alteram instituit *Henricus Nigenstedt* presbyter *h*); alteram *Henningus Oppermann* Canonicus ad S. Severum Erfordiae an. 1501. Grotens *Geschichts-Calender.*

Sacellum SS. Fabiani et Sebastiani a Magistratu Nordheimensi in foro positum an. 1354. ex voto, ad avertendam pestilentiam. Assensum parochus praestitit die decima Augusti *i*). Inserviit deinde hoc Sacellum presbyteris Calendariis Honstadensibus, ad conventus sacros hic peragendos. Nr. LV.

Sacellum S. Hieronymi ecclesiae parochiali contiguum. Auctor recentior structuram *Geroldo Medico* ad an. 1415. adscribit *k*). Ibi videre est Figuram B. M. V. referentem, inter praecelsa cervi cornua locatam, ad quorum ramos, quidquid vestium, vel aliorum donorum olim oblatum est, appensum fuisse perhibent. Ab illa imagine Sacello etiam nomen B. M. V. venit Grotens *Geschichte der Stadt Nordheim, mit Beyträgen von Reddersen.* S. 87. 88.

Sacellum amplitudine templum vicanum aequans * nostra aetate destructum, ad lapides novae domui an. 1780. aedificatae adhibendos. l. c. p. 70.

Sacellum in foro anserum vel anatum hodie superest;

Sacellum in platea molari;

Sacellum in platea lata. Utrumque partem murorum suorum adhuc ostendit. l. c. p. 70 et 71.

Sacel-

h) Nr LVI.

i) Reddersen *Zusätze zu Grotens Chron.* p. 53.

k) Rüling *Beschreibung der Stadt Nordheim* p. 46.

* Hujus Sacelli uti et reliquorum nomina seu patronos tacent scriptores Nordheim.

Sacellum S. Crucis in novo longo ponte consecratum a Nicolao Episcopo Vernensi an. 1432. Nr. XL. Dirutum est an. 1737.

Domus leprosorum cum Sacello, in quo Ludolfus Arndes presbyter an. 1432. altare erigere ac dotare statuit. Nr. XLI.

Aedicula Sacra, *dicta der leven Fruwen Clus by dem selden Graben.* Hic multa dona dabantur, de quibus inter Senatum Nordheimensem et parochum Hammenstedensem an. 1510. convenit. N. LXI.

Langen-Holtensen Ecclesia paroch. Moniales in Wibbrechtshausen jus patronatus an. 1482. accipiunt a Joanne de Boventen. SCHEID. *Mant. docum.* p. 344.

Parthenon Wicbernshusen ord. cisterc. Ejus initia sunt obscura. BÜSCHINGIUS refert, an. 1030. moniales O. S. Benedicti hic fuisse introductas *l*); videtur ignorasse, ordini Cisterciensi tum temporis nondum instituto, locum semper fuisse proprium. Chronicon domesticum circa an. 1566. conscriptum primam Abbatissam ad an. 1207. nominat HEDWIGEM, Alberti ducis Brunsvic. filiam, et primum praepositum ab anno eodem usque ad an. 1255. HENRICUM PÜMMEN. Hem! ubi an. 1207. duces Brunsvicenses erant? ubi Albertus? Etiam in praeposito labitur, nam an. 1240. in Orig. Guelf. T. IV. praef. p. 72 memoratur *Alexander praepositus in Wicbernesbusen.* Notiora sunt fata, quibus coenobium Saeculo XV. concussum est, sub Abbatissa Gesa Redecken Hildesiensi. Anno quippe 1566. universa bona et redditus Wulbrando de Stockheim et an. 1570. Christiano de Wobbersnau oppignorata sunt, quae conventus an. 1577. redemit, non sine magno aere alieno. Abbatissa illa mortalitatem explevit die 24. Jun. an. 1593. Quae circa religionem an. 1542. et deinceps mutata sunt, docent Nr. LIX. LXX.

Sacellum S. Annae in absidе templi. Otto dux Brunsvic. (der quade) an. 1394. die 13. Decemb. e vivis excesserat usu sacro-

l) *Erdbeschr.* 9. Th. p. 289.

sacrorum privatus; cui post mortem in communionem ecclesiae restituto, conjux ejus *Margaretha de monte* hic monimentum et altare cum sufficienti dote exstrui curavit. *Chron. Wibbrechtshus.*

Aschau Sacellum B. M. Virginis inter Mandelbeck et piscinam Westerhofen situm. Conditor fuit *Joannes Mantuanus* ord. cisterc. professus monasterii Aschau in Alsatia.* Is varia mandata summi Pontificis in Saxonia inferiore executus, secundum hac transiens, gravi morbo in Wibbrechtshausen correptus est. Aegrotus votum nuncupat Sacelli in honorem deiparae, si convalesceret, erigendi. Convalescit ac erigit post an. 1376, opus accolis strenue adjuvantibus. Mox e tota vicinia Sacellum frequentatur praesertim festis Marianis, quod Joanni adeo placuit, ut statueret reliquum vitae tempus hic transigere et a confessionibus monialium esse. Vivere desiit die 16. Octob. 1398. Post mortem ejus diu in honore fuit Sacellum Aschau, donec circa an. 1514. effractum aliquoties et spoliatum negligi coepit et demum collabi. *Chronic. Wibbrechtshus.*

Edesheim Ecclesia paroch.

Immedeshusen Ecclesia paroch. olim spectans ad Episcopum Paderbornensem, qui aliam pro illa mutavit. HARENB. *Hist. Gandersh.* p. 1638. 1641.

Elboldeshausen Ecclesia paroch. Wernherum plebanum an. 1242. novimus ex historia monasterii Steine. *Beil.* N. III.

Alshausen Ecclesia paroch. Plebanus Helmvicus an. 1208. comparuit in judicio per ferrum candens acto. SCHEID *Anmerk. und Zusätze.* p 687. KOTZEBUE *de monast. S. Blasii.*

Sebexen

* De hoc monasterio agit *Gallia Christiana* T. V. p. 785. et GRANDIDIER *l'histoire de l'Eglise de Strasb.* T. I. p. 303 et 304. Nec hic, nec ibi lego Aschau fuisse ord. cisterc.

Sebexen Ecclesia paroch. jure patronatus ad annum usque 1560. usa est Abbatissa S. Mariae prope Gandershemium. HARENBERG *Hist. Gandersh.* p. 1641.

Weissen-Wasser Ecclesia paroch. Godescalcus senior et Godescalcus jun. de Plesse an. 1299. parthenoni Höckelheim donant jus patronatus illius. WENCK *Hess. Geschichte.* II. B. Nr. CCXLV.

Wiershausen Ecclesia paroch. Hanc Episcopus Paderbornensis pro ecclesia Imshausen accepit. HARENBERG l. c. p. 1638. 1641.

Willershausen Ecclesia paroch. Burchardus de Westerhove dimidium mansum in campis Echte confert plebano Hildebrando Homburgk in Wildershausen an. 1350. *Braunschw. Anz.* 1749. p. 607.

Düderode Ecclesia paroch. antiquitus dependens ab Abbatia Gandersheimensi, Coenobio S. Mariae ibidem a *Sophia Abbatissa* donata est. HARENB. l. c.

Cahlefeld, Harriehausen, Oldershausen Echte fuerunt quoque ecclesiae parochiales, quarum rectores adscripti erant Sodalitati Calendariorum Honstadiensium. LEUCKF. *Antiq. Nordh.* p. 248.

Hammensted Ecclesia paroch. Curtem cum vicis, villis et ecclesiis donat Henricus Imperator an. 1019. Episcopo Paderbornensi *m*), a quo feudi nomine jus patronatus possidebant Dynastae Plessenses *n*), translatum postea ad Magistratum Nordheimensem.

Eccle-

m) SCHATEN *Annal. Paderborn.* T. I. p. 435.

n) WENCK *Hessische Geschichte.* II. Abth. p. 869. REDDERSEN. p. 195.

Digitized by Google

Ecclesiae desolatae.

Sacellum in Medehem coenobio S. Blasii an. 1141. datum. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 525. Etiam villae *Sulthem* pridem excisae suum fuisse Sacellum existimo. Locus uterque jacuit in agro Nordheimensi.

§. 6.

Sedes Berka.

Elvershausen, Marke, Catlenburg, Dume, Sutrode, Wachenhausen, Gillersheim, Lindau, Billshausen, Wulften, Hattorf, Poelde, Elbingerode, Herste, Dorste, Nienstedt, Schwiegershausen, Willersen, Forste, Eisdorf, Gittel, Munchhof, Windhausen, Badenhausen, Lassfeld, Osterode, Uderde, Zellerfeld, Horen, Herzberg.

Berka Ecclesia paroch. Recherus presbyter Barcensis inter testes fundati monasterii Catelnburgensis an. 1105. reperitur o). Parochia haec an. 1337. ab Henrico Archiep. Mogunt. communi mensae conventus Catelnburgensis fuit applicata. Leuckf. *Ant. Pöld.* p. 144. et *Catelnb.* p. 56.

Elvershausen Ecclesia paroch. Helmvicus Elwidishusanus plebanus, ad an. 1208. cum multis aliis in monte Huserberg praesens, Elvershusanam tunc, ni fallor, ecclesiam rexit.

Monasterium Catelnburg. Comes Theodoricus junior de Catelnburg et uxor ejus Adela improles montem, in quo habitabant, destructis munitionibus coenobio in honorem S. Joannis Evangelistae destinarunt, eique praedia multa ad sustentationem monachorum tribuerunt. Ecclesia cum claustro an. 1105. completa erat, cujus altare primarium in honore domini nostri Jesu

o) *Orig. Guelf.* T. IV. p. 546.

Jesu Christi, S. Joannis Apostoli et Evangelistae Ruthardus Archiep. Mogunt. die 11. Novemb. dedicabat, simul confirmans novam fundationem, praesentibus aliquot comitibus, Abbatibus et praepositis *p*). E literis Ruthardi uti et Adalberti I. Archiepiscopi an. 1139. certum est, primos claustri incolas fuisse Canonicos S. Augustini, vocantur enim fratres *q*); sed post initium Saeculi XIII. illud incolebant moniales S. Augustini. Anno 1532. Philippo Duce Grubenhagio Lutheri doctrinam in ditionem suam invehente, pleraeque virgines eam amplexae sunt. Ultima Priorissa fuit Elisabeth de Mingerode. Philippus junior coenobium in palatium convertit an. 1558. Leuckf. *Antiq. Catlenb.* p. 68.

Dume Ecclesia paroch. Ecclesia collegiata S. Alexandri exeunte Saeculo XI. hic condi coepta et paulo post Einbecam translata loco nomen dedit. l. c. p. 7.

Wachenhausen Ecclesia fil.

Sutrode Ecclesia fil.

Gillersheim Ecclesia paroch. Ezelinus presbyter Geldrikensis an. 1105. adstitit consecrationi ecclesiae Catelnburgensis *r*), cui fundator Comes Theodoricus Geldrikesen pecuariam domum et duodecim mansos et *ecclesiam ejusdem villae* dedit. Leuckf. *Antiq. Catlenb.* p. 23.

Lindau Ecclesia parochialis SS. Petri et Pauli. Cujus patronatum Hermannus et Godescalcus de Plesse Ottoni Episcopo Hildesiensi an. 1322. vendunt. *Geschichte des Eichsf.* I. B. S. 87.

Vicaria S. Magdalenae Saeculo XV. a Dominis de Hardenberg Lindaviae sedem habentibus, munifice dotata. Vicarius tenetur diebus dominicis et festis mane sacrum dicere.

Bilk-

p) Ibid. *q*) Ibid. p. 545.

r) *Orig. Guelf.* T. IV. p. 546.

Digitized by Google

Billshausen Ecclesia paroch. SS. Cosmae et Damiani. Henricus Marchio Misnensis ecclesiam et bona sua in Billshusen, quae Poppo de Plesse clientelari jure possidebat, an. 1242. ordini Teutonico donat. *Geschichte des kl. Steine.* Beil. Nr. II. III. Hujus parochiae sicut et Lindaviensis jus patronatus possidet perillustris Gens de Hardenberg.

Wulften Ecclesia paroch. Aegidii. Una cum Lindaviensi, an. 1322. Episcopo Hildesiensi vendita est. *Geschichte des Eichsf.* I. B. S. 87.

Hattorf Ecclesia paroch. Joannes praepositus Pöldensis consensu totius capituli sui jus patronatus in Hattorp. in ducem Henricum Brunsvicensem ejusque haeredes transtulit justa commutationis lege an. 1295. 6. non April. Ita Hoffmann apud Leuckf. *Ant. Pöld.* p. 66.

Pölde Ecclesia paroch. S. Joannis Evangel. et S. Servatii. Verosimile est in loco hoc Reginae Mathildi an. 929. pro vitalitio assignato jam tum stetisse ecclesiam, quae ab eadem Regina et Ottone I. Imperatore insigni monasterio O. S. B. circa annum 969. aucta est *s*), et ab Hattone Archiepiscopo Mogunt. confirmata *t*) * Otto II. monasterium Pöldense an. 981. tradidit Archiepiscopo Magdeburgensi *u*); et *S. Norbertus* ordini suo praemonstratensi circa an. 1131 *v*). Viguit haec regula usque ad an. 1534, quo Philippus Dux Grubenhagius Canonicos ejecit.

Elbelingerode Ecclesia paroch. quam Abbatissa Gandersheimensis Berta, cum villam istam beneficiaria lege Ottoni Duci Brunsvicensi an. 1247. conferret, sibi reservabat. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 211.

Herste

s) Leuckf. *Ant. Pöld.* p. 18. *t*) Ibid. p. 26.

* Annum 952. in utroque diplomate Ottonis et Hattonis esse falsum, demonstravi in historia mea urbis Duderstad. p. 38.

u) Ibid. p. 31. *v*) Ibid. p. 35.

Digitized by Google

Herste Ecclesia fil. ab Ottone I. circa an. 969. data monasterio Pöldensi. LEUCKF. *Ant. Pöld.* p. 19 et 67.

Dorste Ecclesia paroch. MEYER *Antiq. Plesse.* p. 240. exhibet literas, quarum initium tale est: Nos Godescalcus nobilis de Plesse *Patronus ecclesiae in Dorstad* &c. an. 1351.

Nienstedt Ecclesia paroch. confertur ab illustriss. Gente de Hardenberg.

Förste Ecclesia fil. cujus patronatum sibi vendicant OLDERSHUSII et BEHRII non tamen sine contradictione. LEUCKF. *in Add. ad Antiq. Pöld.* p. 215.

Münchhof vel Kemnade Ecclesia fil. cum Sacello S. Margarethae, quam plebanus in Seesen ante an. 1235, et postea Monachus Coenobii Walkenriedensis, quod villam possidebat, procuravit. LEUCKF. *Antiq. Walkenr.* p. 160 et 161.

Badenhausen Ecclesia paroch. jure patronatus olim gavisi sunt Dynastae Plessenses. WENCK *Hessische Geschichte.* II. B. II. Abth. S. 868.

Lassfeld cum Sacello a Wilhelmo Rege an. 1252. datur Sanctimonialibus in Osterode. *Orig. Guelf.* T. IV. p. 237.

Osterode Ecclesia paroch. S. Aegidii. Chronicon Osterodanum originem refert ad S. Bonifacium, cui famae nulla subest ratio.

Altare SS. Andreae, Matthiae et Jodoci ab Hildebrando Homburg parocho Willershusano, Henrico Jäger parocho Hattorfiensi et a duobus civibus, Tilone Homburg et Jacobo Jäger an. 1368. 1. die Maji dotatum. Vid. Nr. XXXVI.

Altare S. Crucis an. 1415. Vid. Nr. XLV.

Altare S. Nicolai, cujus dotem Joannes Hagemeister sacerdos fertone an. 1492. die 11. Novemb. auxit.

In hanc ecclesiam e villa Berke sedes presbyterorum Calendariorum an. 1460. translata est, quorum statuta vide apud LEUCKFELD *in antiq. Gröningen* p. 107.

Eccle-

Ecclesia S. Jacobi. Primam hujus mentionem facit Otto IV. Imperator illi tutelam promittens, remisso advocatiae jure an. 1218. *w*) Mortuo Ottone Maria imperatrix vidua eandem ecclesiam fraternitati clericorum et militum comprovincialium, quibus maritus contulerat, iterum concedit. *Orig. Guelf.* T. III, p. 846. Inde constat, tum temporis nondum stetisse monasterium.

Coenobium Virginum ord. cisterc. ad S. Jacobum, exstructum circa an. 1230. Nam Otto Dux Brunsvic. an. 1233. illud vocat novellam plantationem venerabilis conventus S. *Mariae et Jacobi* in Osterodthe, quando ei ecclesiam S. Joan. Bapt. in eadem urbe, cum tota parochia et omnibus ad ipsam pertinentibus donabat *x*). Addit Otto, dilectum et specialem amicum suum Ambrosium vita et aetate reverendum, consilio et auxilio fratrum calendarum dictam plantationem inchoasse. * Sustulit illam an. 1558. Dux *Ernestus* moniales in vicina domo collocans, monasterio in arcem converso. LEUCKF. *ant. Walkenr.* p. 250.

Ecclesia paroch. S. Mariae, a qua suburbium nomen habet; inde ejus vetustatem colligas. Jus patronatus fuit penes coenobium Katelnburgense, quo se an. 1337. accepta ecclesia in

w) *Orig. Guelf.* T. III. p. 839.

x) *Orig. Guelf.* T. IV. p. 136.

* Veriora haec sunt, quam quae LEUCKFELD e chronico Osterodano excerpsit: Es ist aber dieses Kloster an dem Ohrte, wo itzo in Stadt Osterode am Oberharze das fürstliche Schloss stehet, von Graf Brunen zu Lutterberg und Scharzfeld, so an. 1098. gelebet, wiewohl es andere einem Herzog gleiches Nahmens zuschreiben, gestiftet und erbauet worden, welches er anfänglich nach seinem Nahmen *Brunsroda*, oder Brunonis-Rode genennet und mit ansehnlichen Güthern beschenket hat. *Antiq. Walkenr.* p. 248.

Digitized by Google

in Berka abdicavit y). Hic singulis septimanis feria secunda, pro defunctis missa celebrari solebat. Nr. LX.

Altare S. Catharinae de quo agitur Nr. XXXVI.

Ecclesia paroch. S. Joannis, Paulo ante memoravi, illam dono ducis Ottonis an. 1233. ad monasterium S. Jacobi pervenisse.

Sacellum S. Bartholomaei pridem deletum, cui perillustris gens de *Oldershausen* mansum cum curia in villa Voerste an. 1397 donavit. Nr. XXXV.

Monasterium Franciscanorum juxta Ecclesiam S. Joannis an. 1500. aedificari coeptum. Primum lapidem posuit *Elisabeth*, Mater Philippi Ducis Grubenhagii, cives autem jussi sunt ministrare lapides, calcem, ligna, asseres et tegulas in poenam necis consuli Freienhagen illatae. An. 1512. P. *Joannes Becker* cum sodalibus suis migravit in novas aedes, non diu ipsis mansuras.

Ptochotrophium ad S. Spiritum excitatum perhibent a sodalibus calendariis B. M. Virginis. Benefactores habuit an. 1270. Gerhardum Pistorem z), an. 1333. Heisonem, Hermannum, Henricum et Theodericum fratres de *Minnigerode* a), et an. 1431. Joannem Loep.

Nosocomium, seu domus Leprosorum cum Sacello S. Theobaldi. Utrumque superest. In isto undecim pauperes foeminae habitant.

Uderde Ecclesia fil. Magistratus Osterodanus hanc villam cum jure patronatus, ab Henrico, Ernesto et Alberto ducibus Brunsvicensibus an. 1455. impetravit. Nr. XLVI.

Monasterium Cella O. S. B. dioecesis Moguntinae versus septentrionem omnium extremum. Huc in medios Hercyniae montes,

y) Leuckf. *ant. Catlenb.* p. 53.

z) Nr. VIII. a) Nr. XXVIII.

montes, Canonici SS. Simonis et Judae Goslarienses coloniam monachorum saeculo duodecimo * videntur adduxisse propterea, quod ipsi jure gauderent Abbates nominandi, quoties aliquem decedere contingeret *b*). Abbas primus, quem invenire potuimus, vocabatur *Alexander* an. 1208 *c*). Alius, cui nomen *E berti*, an. 1140. aderat Synodo generali Cleri praepositurae Nortunensis *d*). Desiit Abbatia cellensis ineunte saeculo decimo quinto, in tantas rei familiaris angustias redacta, ut redditus annui sex marcas non superarent *e*). Hos qualescunque proventus Eugenius IV. Papa Canonicis SS. Simonis et Judae an. 1431. perscripsit. Mansit autem ecclesia parochialis ad medium fere Saeculum XVI. a curione catholico et post a protestantico administrata.

Herzberg Ecclesia paroch. Ei praefuit an. 1241. Wernerus Sacerdos. LEUCKF. *antiq. Pöld.* p. 72.

Sacellum in arce Herzberg, quod Conradus Arch. Mogunt. et Duces Brunsvicenses Ericus, Fridericus et Otto, an. 1420. de arce et communi pace transigentes, utrique parti commune esse voluerunt. HOLZMANN *Hercyn. Arch.* p. 552.

Ecclesiae desolatae.

Leseberg Ecclesia fil. S. Joan. Evangel. conversa in parochialem cum consensu Lupoldi praepositi Nortunensis an. 1309. sub Woldrade Priorissa parthenonis Catelnb. LEUCKF. *antiq. Catelnb.* p. 52.

Oishu-

* An. 914. Monasterium Zellerfeldae exstructum creditur. ERATH in Conspectu Hist. Brunsvic. p. VI. Non credi potest.

b) HEINECC. *Antiq. Goslar.* p. 255 et seq.

c) KOTZEBUE de monasterio S. Blasii ad hunc an.

d) *Orig. Guelf.* T. IV. praef. p. 72.

e) HEINECC. l. c.

Oithusen, Oershusen quondam fil. matris Bilshusae, inter hanc villam et Bodensen sita. Colliculus, in quo crux collocata est, censetur fuisse coemeterium. Haeredes Oershusani * tenentur quot annis dimidiam cerae libram pendere ecclesiae Billshusanae et sacro anniversario pro majoribus defunctis interesse.

Metlingerode non procul ab urbe Osteroda, de cujus ecclesiae ruderibus, vid. *Hannöv. Magaz.* ad an. 1808. p. 170.

§. 7.

Sedes Seeburg.

Bernshausen, Germershausen, Krebeck, Bodensen, Rennshausen, Wollbrandshausen, Rollshausen, Gieboldehausen, Woldershausen, Rüdershausen, Rumspringe, Hilkerode, Silkerode, Bartelfeld, Barbis, Scharzfeld, Lutterberg, Overnfeld, Mingerode, Eulingerode, Seulingen, Desingerode, Esplingerode, Werxhausen, Nesselreden, Etzenborn, Evergötzen, Waake, Falkenhagen, Potzwenden, Zatenhausen, Mackenrode, Wölmershausen, Landolfshausen.

Seeburg Ecclesia paroch. S. Martini. Heidenricus plebanus cum Arnoldo Abbate Reinhusano. an. 1240. presedit judicio cleri praepositurae Nortunensis *f)*. Jure patronatus utitur perillustris Gens de Uslar. De calendariis Seeburgensibus, illorum benefactoribus et statutis lege Nr. XXXII. XXXIX. XLII. LXIV.

Bernshausen Ecclesia paroch. SS. Petri et Pauli. An. 1266. plebanum habuit Albertum *g)*. In ea sepultus est an.

* Possessores bonorum villae vastatae.

f) Orig. Guelf l. c.

g) LEUCKF. *Antiq. Pöld.* p. 69.

an. 1363. *Otto Comes de Lutterberg*, unus ex fundatoribus calendarum. Nr. LXIV.

Germershausen Ecclesia fil. Annunciat B. M. V. A priscis temporibus hic Sacellum B. M. V. sacratum, a devota plebe singulis Sabbatis invisitur, dominica autem post festum visitationis Mariae incredibilis peregrinantium multitudo eo confluit.

Krebeck Ecclesia paroch. S. Alexandri, olim de collatione Ducum Brunsvicensium, modo Eminentissimi. *Ita Commissarius Jagemann.* Conf. Nr. LVII. et LVIII.

Bodensen Ecclesia fil. S. Matthaei apostoli.

Rennshausen (Reinolveshusen) Ecclesia paroch. Nativit. B. M. V. Circa an. 1001. S. Berwardus Episcopus Hildes. novo monasterio S. Michaelis ibidem, Sacellum Reinolveshusanum contulit *h*), postea in parochiam conversum, cujus dotatio an. 1465. renovata est. Nr. XLIX. Jus patronatus semper retinuit monasterium S. Michaelis. Nr. LXXV. LXXVI. et seq.

Wollbrandshausen Ecclesia paroch. S. Georgii.

Gieboldehausen Ecclesia paroch. S. Laurentii a Bisone comite allatis Roma ejusdem S. Martyris reliquiis Saeculo nono vel decimo condita et liberalissime dotata est. Fundator illam cum dote Ecclesiae Gandersheimensi donavit *i*), quae jus patronatus ineunte Saeculo superiore capitulo Ecclesiae Cathedralis Hildes., pro alia parochia in praefectura Steurwaldensi cessit. HARENBERG. p. 1641.

Rollshausen quondam Ecclesia fil. S. Margarethae aetate patrum jus parochiale consecuta est.

Woldershausen Ecclesia paroch. An. 1387. Hermannus de *Woldershausen* annua sibi et suis in monasterio Pöldensi

h) LAUENSTEIN *Hildesh. Kirchengeschichte.* III Th. p. 13.

i) HARENB. *Hist. Gandersh.* p. 779.

Digitized by Google

densi sacra procuraturus, dat ac donat ipsi jus patronatus cum Capella B. V. in Woldershausen &c. Ex HOFFMANNO. LEUCKF. *Antiq. Pöld.* p. 67.

Rüdershausen Ecclesia paroch. Exaltat. S. Crucis.

Rumspringe Ecclesia paroch. Jus patronatus ad monasterium Pöldense spectasse videtur; Rector illius an. 1269. erat Conradus. LEUCKF. *Antiq. Pöld.* p. 75.

Hilkerode Ecclesia fil.

Silkerode Ecclesia paroch.

Schartvelde Ecclesia paroch. quam an. 1241. regebat *Gotticinus* plebanus. LEUCKF. *Antiq. Pöld.* p. 72. Idem

Sacellum in Castro Schartfeld curasse legitur. Ibid.

Overnfeld Ecclesia paroch S. Blasii. Inter testes judicii Bernshusani an. 1389. habiti primum locum habet: Der erbare Her, Her Henrich Pferner zu Obernfeld. *Eichsf. Gesch.* II. B. Nr. LX.

Mingerode Ecclesia fil S. Andreae fuit Saeculo XIII. parochialis, cujus plebanus ad an. 1261, memoratur Bartholus in Minnigherode *k*), et ad an. 1276. Conradus. *Eichsf. Gesch.* II. B Nr. VIII.

Eglingroda Ecclesia paroch. S. Valentini a Conrado Archiep Mogunt. an. 1424. numeratur inter parochias Sedis Seeburg. Nr. XXXVIII. * Patroni sunt perillustres domini de *Westernhagen.*

Seulingen Ecclesia paroch. S. Joannis Bapt. Joannes Ryne parochus, an. 1446. Canonicis Nortunensibus decimam de agris et curiis ecclesiae dare renuens, causa judicio arbitrorum subjecta cecidit. Nr. XLIV.

Desin-

k) Comment. de Archidiaconatu Heiligenst. Nr. II.

* Delenda est p. 48. Commentat. de Archidiaconatu Heiligenst.

Desingerode Ecclesia paroch. S. Mauritii. Rectorem ejus ad an 1230. reperimus Dominum Gozwinum, apud SCHEID. *cod. dipl.* Nr. 43. p. 596. Parochi nominantur a perillustri Gente de *Uslar.*

Esplingerode Ecclesia fil. S. Georgii.

Werckshausen Ecclesia fil. S. Joan. Evangel. Conditores fuerunt domini de Wirxeshusen, quibus petentibus illam Wernerus Archiep. Mogunt. an. 1277. nexu cum ecclesia matrice exsolvit *l*). Anno 1298. monasterium Pöldense cum consensu Henrici Ducis Brunsvic., Sacellum Wirxeshusanum a Tiderico possesore emit. LEUCKF. *Ant. Pöld.* p. 78.

Nesselreden Ecclesia paroch. S. Georgii. Helmoldi plebani in Netelreden testimonium de finibus aureae Marchiae, ad an. 1372. legere est apud ERATH *cod. diplom. Quedlinb.* p. 539 et seq. Conf. *Eichsf. Gesch.* II. B. S. 34.

Ebergötzen sive Evergödessen Ecclesia paroch. Olim ibidem Dynastae Plessenses patroni, hodie domini directi Duces Grubenhagen. Ita LEUCKF. *in Addendis ad Antiq. Pöld.* p. 213.

Landolfshausen Ecclesia paroch. Quae filiam habet *Falkenhagen.* Olim patroni fuere dynastae Plessenses, qui hanc praefecturam feudi Grubenhagiaci jure possederunt. Hodie habet dux Grubenhagiacus. Ita LEUCKF. l. c.

Ecclesiae desolatae.

Barkefeld sita quondam inter villas Rollshausen et Germershausen, cujus coemeterium accolis notum est.

Dodenhausen Ecclesia S. Bartholomaei inter Gieboldehausen et Bodensen, nostra aetate collapsa. Festum S. Bartholomaei solet Gieboldehusii a frequenti populo celebrari.

Duden-

l) Nr. X.

Digitized by Google

Dudenborn. Locus a rusticis tumultuantibus an. 1525. eversus, quem perillustres domini de Uslar clientelae beneficio ab Abbatissa Quedlinburgensi acceperant. ERATH. *cod. dipl. Quedlinb.* Nr. CLXV.

§. 8.

Sedes Geismar.

Geismar, Göttingen, Roringen, Herbershausen, Grossen-Lengede, Klein-Lengede, Gelliehausen, Benjehausen, Kerstlingerode, Beyenrode, Rettmarshausen, Weissenborn, Bischhausen, Bremke, Lichtenhagen, Ischerode, Reifenhausen, Ludolfshausen, Reinhausen, Albershausen, Diemarden, Balnhausen, Stockhausen, Reckershausen, Marzhausen, Elkershausen, Friedland, Deiderode, Hermanrode, Grossen-Schnee, Lütgen-Schnee, Oberjese, Unterjese, Mariengarten, Dramfeld, Sieboldshausen, Volkerode, Mengershausen, Lemmershausen, Rossdorf.

Geismar Ecclesia paroch. an. 1055. a Lupoldo Archiepiscopo Mogunt. praeposito Nortunensi impertita. GUDEN. *cod. dipl.* T. I. p. 22.

Göttingen Ecclesia paroch. S. Albani omnium antiquissima circa an. 969. in jus novi monasterii Pöldensis venit, ita disponente *Ottone I.* Imperatore *m*). Fuerunt in ea teste Letznero:

Duae Vicariae in *altari B. M. Virginis;*

Totidem in altari *Lesemann* dicto; et

Commenda a presbytero Joanne Prunge parata. *Götting. Gesch.* III. B. p. 40.

Sacellum S. Georgii extra portam Albanam. Hoc *Albertus* Dux Brunsvic. fratribus calendarum S. Georgii donavit *n*), quam

m) MADERI *Antiq. Brunsvic.* p. 109.

n) *Gött. Gesch.* III. B. p. 41.

quam donationem tam *Petrus* Archiep. Mogunt. o), quam Alberti filius, Dux *Ernestus* ratam habuerunt p). Rogatu plebani ad S. Albanum, Sacellum a matre an. 1330. sejunctum est. Nr. XXVII. Praeter altare majus

Altare B. M. V. et SS. apostolorum Petri et Joannis, Simon Comes de *Dassel* et uxor ejus Sophia an. 1325. erigi curarunt. *Gött. Gesch.* III. B. p. 44.

E voluntate *Henrici Lupi* Decani Calendariorum, nova Commenda ordinata est an. 1462, cujus possessor ter per Hebdomadam ad aram facere tenebatur. *Liter. ined.*

Sacellum S. Georgii Senatus Göttingensis an. 1538. demolitus est. *Gött. Gesch.* II. B. p. 97.

Ecclesia paroch. S. Nicolai. Originem praestat in medio relinquere, quam incertis et fabulosis narrationibus de ea fidem adhibere. Profecto si incrementum urbis, vel copia civium plures poposcit ecclesias, nemo prudens ante annum 1209, quo Göttinga jura civitatis nondum consecuta unam duntaxat parochiam S. Albani habebat q), hanc S. Nicolai comprobabit. Veruntamen eodem Saeculo XIII. aedificata est, et an. 1268. ab Henrico plebano administrata. *Urk. des Peters. St.* Nr. VIII. occurrunt hic:

Commenda a civibus *de Medem.*

Commenda a civibus *Freudenberg* nuncupata.

Altare a Mechtilde de *Marxhausen* et Dieterico de *Volkmarshausen* dotatum, permittente Ernesto Duce an. 1351. *Lubecus* ad hunc annum. *Gött. Gesch.* l. c. p. 61.

Vicaria

o) *Gött. Gesch.* III. B. p. 41. p) Ibid. p. 47.

q) GRUBER in der Vorrede zum III Theile der Götting. Gesch. p. 44. GUDEN. *cod. dipl.* T. I. p. 416.

Digitized by Google

Vicaria S. Crucis, quam Hermannus, Heyſo et Tilo *Endemann* fratres, cives Göttingenſes an. 1375. fundarunt, permiſſo iisdem a Duce Ottone jure patronatus. l. c. p. 62.

Binae Vicariae in Sacrario.

Vicaria S. Euſtachii.

Sacellum ſub Turri tribus fuit inſtructum vicariis, prima fundatorem et patronum habuit *Joannem Schwaneflügel*, civem Göttingenſem an. 1415. l. c. p. 63.

Eccleſia paroch. S. Joannis Baptiſtae. Ut hanc Eccleſiam duci *Lothario* ad an. 1119. adſcribam r), inducere in animum non poſſum, ob cauſas paulo ante allatas. Mea quidem fert opinio, poſt an. 1230. demum, ampli et ſumptuoſi operis jacta eſſe fundamenta, ſeu a ſolo duce, qui fuit ſemper patronus, ſeu ſimul a novo ſenatu. Iſta eccleſia ſicut principem locum tenet, ita non paucos habuit benefactores, qui eam bonis ſuis locupletarunt. Fuerunt olim hic:

Altare Summum tribus ornatum beneficiis a Magiſtratu conferendis. *Gött. Geſch.* p. 120.

Altare primiſſarii. ibid. p. 119.

Altare B. M. Virginis. l. c.

Altare S. Crucis et S. Catharinae, cui Vicarium dedit *Dietericus de Medem* an. 1392. defunctus. ibid. p. 120.

Altare trium Regum commiſſum duobus presbyteris Vicariis; duos quoque Vicarios habuit Sacellum ejusdem nominis. l. c.

Altare S. Nicolai duos aluit Vicarios. l. c.

Vicaria S. Eliſabeth. l. c.

Altare in Sacello a patricia gente *de Nörten* condito, ubi Simon et Henricus *Gisler* an. 1495. die 24. Febr. quandam commendam dotarunt. l. c. p. 119.

Sacel-

r) *Gött. Geſch.* III. B. p. 104.

Sacellum seu oratorium (das Gehr-Hauss), quod anno 1360. die 25. Aprilis Dux *Ernestus* ad aedem S. Joannis exstrui permisit, a platea septemtrionali versus Theatrum ad plateam Guthmanni, seu Gudermanni. In eo duae Vicariae ab Hermanno *Jütten* et Conrado *Haken* sunt constitutae. l. c. p. 115.

Sacellum S. Antonii in coemeterio S. Joannis cum venia ducis Ottonis, Joannes de *Waken* et Joannes *Giseler* an. 1379. exstruxerunt. Quatuor sacerdotes Vicarii sacra hic curasse dicuntur. l. c. p. 118.

Extra has Vicarias, pluribus aliis commendis ornata fuit Ecclesia S. Joannis, quas vid. l. c. p. 120.

Ecclesia paroch. S. Jacobi, quam post medium Saeculi XIII. jam stetisse liquet, tum e subscriptione *Bartisani plebani* ejusdem an. 1268. s), tum e literis Ducum Brunsvicensium Henrici, Alberti et Wilhelmi apud ecclesiam S. Jacobi an. 1279. datis t). In illam non minus liberales fuere cives Göttingenses, ac in alias aedes sacras. Notanda sunt:

Altare B. M. Virginis. Huic inserviebant duo sacerdotes, quorum alteri ut *Joannes Giseler* senior dotem constitueret haberetque jus patronatus, indulsit Otto Dux Brunsvic. an. 1383. l. c. p. 133.

Sacellum sub turri, binis quoque Vicariis praeditum primordia sua numerat a fratribus Joanne et Bertoldo de *Waken* an. 1409 l.c. p. 130. 134. *Hannöv. Magaz.* Jahrg. 1807. p. 442.

In Sacrario, uti refert Letznerus, cives *Jeisemann* dicti aliquod beneficium ecclesiasticum fundarunt. l. c. p. 134.

Altare a Dieterico et Alberto *Endemann* excitatum an. 1417. l. c. p. 135.

Altare ex facultatibus *Helmbrechti Meyer* conditum an. 1453. l. c. Accessit

Novum

s) Ibid. p. 135.

t) Ibid. p. 129.

Novum *altare S. Jacobi*, pro sodalibus ejusdem Sancti (Jacobs Brüderschaft) post an. 1504. positum. l. c. p. 134. Conf. Nr. LXV. LXVI. LXVIII.

Ecclesia paroch. B. Mariae Virginis. Originem ad finem Saeculi XIII. aut initium XIV. referendam esse censeo, anno namque 1307. partem aliquam parochiae suae Rector ad S. Albanum plebano ad B. M. V. cessit *u*). Hanc qui an. 1312. rexit, scribitur *Johannes plebanus Ecclesiae Sancte Mariae nove civitatis extra muros Gothingen.*

Juxta illam ecclesiam ordo Teutonicus sub *Alberti* ducis extremos vitae annos († 1318.) sedem fixit, * cui ejusdem ducis filius *Otto viam et semitam quae ducit ad curiam ordinis usque ad aquam quae Leina dicitur. et spatium domorum omnium dictae viae et semitae &c.* donavit *v*). Mox equites a Dominis de Plesse, Hardenberg, Kindehusen et Uslar bona in villis Grona, Rosdorf, Weenden aliisque emerunt *w*). Qui illa, domum et caeteros milites procurabant, *commendatores* salutabantur. En brevem illorum catalogum!

1323. Bernard von Winningenstede Commenthur auf der Neustadt.

1330. Henricus de Boventen Commendator.
Frater Henricus de Halberstad plebanus. **

1333.

u) *Gött. Gesch.* III. B. p. 38.

* Ansam novae domus forte dedit LUDERUS Alberti pinguis seu frater, seu filius, de quo consule *Hannöversche Anzeigen* an. 1751. n. 4. 5. et KOCHS *Versuch einer pragmatischen Geschichte.* p. 114. 115. et 179. Is sacrae militiae se addixit, electus an. 1331. supremus ordinis Magister † 1335. DUELLII *Hist. ord. Teut.* p. 31.

v) l. c. p. 71.

w) Nr. XXIX. XXIII. XXIX. *Geschichte des Kl. Steine* Nr. VI. VIII.

** Matthias Arch. Mog. an. 1324. permisisse fertur, ut parochia a sacerdote ordinis teut. administraretur.

Digitized by Google

1333. Wedekindus von Sebechteſen Commendator.
Bruder Johannes von Braunſchweig, Pfarrherr der Kirche S. Mariae.

1343. Bruder Joannes von Braunſchweig Commenthur und Pfarrherr. *

1353. Johannes Senkepil Commendator.
Conradus Olificis, Albertus fuſoris,
Albertus quondam plebanus in Buchede,
Johannes de Stockhuſen,
Hartwicus de Brunsvich.
} Fratres domus Göttingen.

1369. Hermann von Stockhus Prieſter.

1381. Giſelbrecht Carl Commenthur und Perner auf der Neuenſtadt.

1415. Diedrich von Stockhus Commenthur und Bewarer des Hauſes, auch 1417. SCHEID. *cod. dipl.* p. 476.

1425. Johan von Hundesburg Perner u. l. F.
Conrad Poſchword Prieſter (Boſeword).
Bruder Ludolf Weltebech Hofmeiſter.

1430. Johann Hundesburg Perner u. l. F.
Bruder Johann von Lon.
Bruder Segemund Puchau
} Prieſter.

1440. Johann von Lon Perner u. l. F.
Bruder Balthaſar Dölis Haus Comthur.

1471.

* Hunc multi ſcriptores pro filio ducis Alberti habent, ſolo ducti nomine, quod locum natalem indicat, non ſtemma ducum Brunſvic. Vocatur de Braunſchweig, quia in hac urbe primam lucem aſpexit, ſicut frater Henricus de Halberſtad. Ad an. 1353. occurrit Hartwicus de Brunsvich, an hunc quoque inter Duces Brunſvic. collocabimus? Conf. KOCH *conatum hiſt. pragmat. Domus Brunsvic.*, qui p. 179. aſſerit, Joannem Alberti filium, paulo poſt patrem mortuum eſſe, et an. 1321. nullam ejus fieri mentionem.

Digitized by Google

1471. Johann Merpurgh Perner, Commendur und Vorstender des Hauses der Godesritter.

1476. Herman Merporg Begenen, Bruder des deutschen Ordens Perner u. l. F.

1491. Henricus Sartoris Kumptur und Perner u. l. F.

1508. Johann Martyns Perner u. l. F.

1535. Heinrich von Kitzleben Kumptur u. l. F. Kirche und Hofes auf der Neuenstadt.

1562. Waren feindliche, verderbliche, raubliche, mordliche Jare für das Hausſs; aus Neid und Hafs wurde den Personen und Ordensgütern nachgestellt. *Haec mecum a Viro, qui antiqua ordinis teutonici scripta perlustrarat, amice communicata sunt.*

Sacellum S. Georgii in curia Walkenriedensi. Anno 1300. et deinceps monasterium Walkenriedense annuentibus duce Alberto ejusque filiis, aliquot areas Göttingae et nonnulla bona in agro vicino emit x). Abbas Conradus, ortu Göttingensis insignem curiam prope monasterium Patrum dominicanorum aedificari curavit et in ea Sacellum S. Georgii anno 1430. die 23. Septembris dedicatum, cum antea monachi ad missas celebrandas ara portatili usi fuissent y). Sub Abbate *Joanne Holtegel* a sacris catholicis deficiente, Sacellum in coenaculum conversum est. LEUCKF. l. c. p. 131.

Monasterium Franciscanorum. Structura claustri an. 1268. inchoata et ope Ducum Brunsvicensium et quarundam familiarum nobilium an. 1306. absoluta esse traditur z). Monachi cum a regula S. Francisci deflexissent, neque reduci possent ullo modo, an. 1461. expulsi sunt, aliis strictioris disciplinae sub-

x) *Gött. Gesch.* l. c. p. 90 et seqq.

y) LEUCKF. *Antiq. Walkenr.* P. I. p. 130.

z) *Gött. Gesch.* l. c. p. 141.

Digitized by Google

ſubſtitutis *a*). Demum et hi, quod nollent a regula ſua et fide catholica deſciſcere, circa an. 1532. migrare coacti ſunt. *Gött. Geſch.* l. c. p. 404.

Monaſterium Dominicanorum. Familia S. Dominici a Duce *Alberto* aream Papendick nuncupatam et facultatem monaſterii ibidem aedificandi an. 1294. obtinuit *b*). Eccleſia in honorem SS. Petri et Pauli an. 1331. conſecrata eſt *c*). In eam cives Göttingenſes menſe Octobri an. 1529. *Fridericum Huventhal*, primum religionis ſuae miniſtrum, armata manu introduxerunt; quae res fecit ut pars monachorum anno ſequente excederent, et pars in verba Lutheri jurantes, in villis proximis curiones inſtituerentur. *Gött. Geſch.* l. c. p. 349. 350.

Monaſterium Virginum ord. S. Franciſci ad S. Annam. Salome vidua Henrici de Hardenberg an. 1492. defuncti, qui tres areas condendo monaſterio ad S. Annam emerat, opus an. 1500. inceptum an. 1516. complevit, quod Dux Henricus ſen. Brunſvic., ejus Frater Ericus, Philippus Grubenhagius et Henricus Lüneburgenſis liberalitate ſua inſigniter ſublevarunt *d*). Prima Mater, ſeu Antiſtes monialium tertiae Regulae S. Franciſci, *Margaretha de Warberg* relicto Gynecaeo Annae Duciſſae de Lüneburg, religioſum habitum induens an. 1518. facta eſt *e*), Sororibus illam mors eripuit an. 1524. Poſt ſeptem annos totus virginum coetus iisdem fluctibus, quibus Patres Franciscani fuerant obruti, abſorptus eſt. *Gött. Geſch.* l. c. p. 404.

Sacellum Corporis Chriſti. Initia et nomen dedit inventa in platea Ruſſorum, neſcio quo caſu, *ſacra hoſtia f*). Literae, quibus Sacelli iſtius aedificationem *Petrus* Arch. Mog. approbavit, Moguntiae an. 1319. die 23. Julii exaratae ſunt *g*). Erat in eo altare SS. *Simonis et Judae*, quod Heiſe de Ellingehauſen

a) l. c. p. 148. *b*) l. c. p. 154. *c*) l. c. p. 158.
d) l. c. p. 167. 171. *e*) l. c. p. 172. *f*) l. c. p. 174.
g) l. c. p. 174.

Digitized by Google

ſen 1407. poſſidebat, cujus haeredes patroni erant. *Götting. Geſch.* l. c. p. 175.

Xenodochium S. Spiritus cum Sacello ante portam Gronenſem condidit *Heidenricus Bernhardi*, civis Göttingenſis, Duce Alberto fundationem an. 1293. ratam habente *h*). Sacellum cum intra fines parochiae S. Albani ſitum eſſet, conditores autem ut non ſolum divina officia in eo celebrari, ſed etiam Sacramenta infirmis adminiſtrari liceret, a Gerardo Archiep. Mogunt. peterent: is hoc facile permiſit an. 1294. accedente conſenſu Patroni et plebani ad S. Albanum *i*). Jus patronatus *Joannes Bernhardi* an. 1336. die 8. Sept. in *parthenonem Lippoldsbergenſem* transtulit *k*), a quo ad Senatum Göttingenſem pervenit an. 1470. *Gött. Geſch.* l. c. p. 207. Habuit eccleſia

Duas Vicarias aliquamdiu a monaſterio Lippoldsbergenſi et Magiſtratu Göttingenſi alternis vicibus, dein ab hoc ſolo collatas. l. c.

Altare S. Luciae, cui Magiſter *Joannes Wernigerode* commendam perpetuam procuravit die 4. April. an. 1472. l. c. p. 213.

Joannes de Nörten jun. aliquam commendam inſtituit. l. c. p. 204.

Leproſorium cum Sacello S. Bartholomaei ante portam Weendenſem an. 1321. excitatum eſſe *Letznerus* et *Lubecus* commemorant *l*). Poſterior conſecrationem Sacelli *Dithmaro* Epiſcopo Mindenſi tribuit; ſed perperam, quia Praeſul Mindenſis tum vivens *Godefridus* vocabatur *m*). Contra Arch. Mogunt. Petrus et Matthias ab an. 1319–1328. ſuffraganeum habebant, cui nomen erat *Dithmaro*, qui quidem Sacellum iſtud conſecraſſe vide-

h) l. c. p. 189. 190.
i) l. c. p. 192.
k) l. c. p. 194.
l) l. c. p. 222.
m) HERM. DE LERBEKE *Chron. Epiſc. Mind.* apud LEIBN. T. 2. S. Brunſv. p. 190.

Digitized by Google

videtur *n*). An. 1443. jura et honores ecclefiae parochialis, ad preces confulum Göttingenfium obtinuit, quibus Otto Dux jus patronatus concellit. *Gött. Gefch.* l. c. p. 224. Notandum etiam eft

Altare B. M. V. liberaliter dotatum a *Joanne Spangenberg o*), praeter nonnullas commendas, quarum auctores cives *Koerfewicken* et *Stolten* fuere. *Gött. Gefch.* l. c. p. 228.

Nofodochium S. Crucis in fuburbio Geismarienfi Quae de origine illius memoriae prodita funt, pugnant inter fe, alia enim fcripta annum 1330, alia an. 1390. ftatuerunt *p*). Pofteriorem exprimit charta *Ditmari de Hanftein* et ejus agnatorum, aream fuam ante portam Geismarienfem pauperibus infirmis eum in finem donantium, ut ibi ptochotrophium et facellum erigerentur *q*). Utrumque intra breve tempus furrexit, et hoc in honorem *S. Magdalenae* confecratum, an. 1395. peculiari parocho a Senatu Göttingenfi nominando, commiffum eft *r*). Saeculum XV. erga ecclefiam S. Crucis tam liberale fuit, ut amplius quinque vicariae et totidem commendae in ea numerarentur.

Sacellum in Curia Hardenbergenfi, cujus brevem defcriptionem leges im *Hannöv. Magaz.* Jahrg. 1807. p. 457. Extra urbem notandum eft

Sacellum S. Jufti, quod an. 1519. jam defolatum erat *s*). Huic

Sacellum in Burggrone fcriptores Rer. Götting. adjiciunt *t*), a me jam alibi defcriptum. Hic notationem de jure patronatus Senatui Göttingenfi olim competenti, in tabulario urbis inventam annectere mihi liceat.

Deffe

n) SEVER. *Propontif. Mog.* p. 11.

o) *Gött. Gefch.* l. c. p. 227.

p) l. c. p. 178. 179.

q) l. c. *r*) l. c. p. 180. *s*) l. c. p. 229. *t*) l. c.

Digitized by Google

Desse geistlicken Lehne gan von dem Rade to Lehne, vortuckent anno Domini Millesimo quingentesimo undecimo.

Parochialis Ecclesia Sancte Crucis ante Valvam Geismariensem. Ejus possessor est Dominus Gregorius Nydt et est astrictus in qualibet septimana ad sex missas.

Parochialis Ecclesia Sancti Bartolomaei prope et extra valvam Wendensem.

Parochialis Ecclesia Sancti Spiritus ante Valvam Gronensem.

Commenda Domini Conradi Stolten et cavetur ad Sanctum Bartolomaeum singulis septimanis cum tribus missis. Ejus possessor Dominus Johannes Bruns.

Testamentum Gertrudis Volprechtshusen exigit sacerdotium et singulis septimanis tres missas. Ejus possessor Dominus Henricus Meiger senior debet etiam caveri in quacunque ecclesia per consulatum ad hoc deputata.

Commenda Domini Johannis Witzenhusen cavetur cum una missa de Sancto Spiritu in Ecclesia S. Spiritus.

Commissio Domini Henrici Meigers cavetur in summo altari ad Sanctam Crucem singulis septimanis cum quatuor missis. Ejus possessor Dominus Simon de Medhem. Item hec commenda est adhuc cum una missa onerata juxta literam, que est apud consulatum.

Commissio Domini Conradi Ortzis cavetur in ecclesia, que ad hoc per consulatum fuerit deputata singulis septimanis cum tribus missis. Modernus possessor Dominus Augustinus Hamel in Heilgenstad cui est assignatum summum altare in Ecclesia S. Johannis.

Commissio Domini Tilemanni Alperode cavetur in ecclesia per consulatum deputanda singulis septimanis cum tribus missis. Modernus possessor Hermannus Bode scriptor civitatis et hujusmodi commenda propria habet paramenta et unum Missale, quod donavit et scripsit Dominus Henricus Balistarius.

Pro-

Digitized by Google

Provisio de Borchgrone cavetur ad S. Johannem cum duabus missis. Ejus possessor filius Hans Wischeman.

Commissio Domini Johannis Stidenrodes cavetur in loco deputando per consulatum cum una missa singulis septimanis. Illam nunc habet Dominus Borchardus Dronen et legit eam ad S. Albanum ad altare beate Mariae virginis ubi dabuntur sibi lumina, vinum calices et paramenta.

Commissio der Monnikeschen cavetur ad S. Johannem cum una Missa. Ejus possessor Dominus Martinus Hagemann.

Duas commissiones Doctoris Gundemann unam in Ecclesia S. Johannis, alteram in Ecclesia Sanct. — — in Münden. Dominus Degenhardus Boten est possessor unius scilicet in Münden.

Ubi consulatus in futurum ad Beneficia poterit habere jus patronatus.

Post obitum omnium der von Adelevessen virilis Sexus, habent conferre duas Vicarias sive primisserias in Adelevessen ex ordinatione Alberti Bernsen.

Post obitum heredum masculini sexus Simonis et Giseleri de Münden ex una, ac Hansonis et Conradi Endemanns ex alia partibus, consules habent conferre duas bonas commissiones in armario Ecclesiae S. Jacobi, aut unam, una parte defuncta.

Provisores Sancte Crucis cum consensu consulatus habent conferre commissionem Hermanni Berboms, quae cavetur ad Sanctam Crucem cum duabus missis.

Post obitum heredum masculini generis Simonis et Giseleri de Münden, devolvitur ad consulatum jus patronatus Vicariae Doctoris Elderodes, que est fundata in domo pauperum hospitalis Sancte Crucis.

Roringen Ecclesia paroch. a Duce Alberto, monasterio Pöldensi pro Ecclesia S. Albani Gottingae an. 1254. tradita, quam commutationem HOFFMANNUS in *Antiq. Pöld.* his verbis refert: Dux et frater ejus coenobio poledano dederunt

 jure

jure perpetuo Ecclesiam in Roringen cum omnibus suis pertinentiis et utilitatibus universis sine omni jugo advocatiae quiete semper et libere possidendam. Ecclesiam vero S. Albani in Göttingen a claustro in concambio ita receperunt, ut ejus patronatus et donatio ad duces eorumque successores jure haereditario devolveretur.

Großen-Lengede Ecclesia paroch. Godescalcus de Lengede ecclesiam istam an. 1070. possedit, quam permisit monasterio S. Martini in Heiligenstadt, acceptis decimis in villis regiis Gronaha et praedio quodam in Didricheshusen. *Eichsf. Gesch.* I. B. Nr. III.

Gelliehausen Ecclesia paroch. Patroni sunt perillustres Domini de Uslar.

Kerstlingeroda Ecclesia paroch. S. Joan. Bapt. Anno 1089. pagus una cum Ecclesia ab Heisone de Kerstlingerode exstructus scribitur. Fides sit penes autorem JOAN. WILHELMUM HEISEN *Antiq. Kerstling.* p. 17 et 187.

Beyenrode Ecclesia fil. S. Bartholomaei, dotata an. 1432. l. c. p. 198.

Rittmarshausen Ecclesia fil. B. M. V. Perhibent, hanc vice *Sacelli Bernsrodani*, olim ab accolis ob penuriam aquae derelicti erectam esse. p. 193. 195. Duas partes *Ecclesiae in Bernsroth* monasterio Reinhusano obtulit Elika Abbatissa in Ringelheim. *Orig. Guelf.* T. III. p. 506.

Bischhausen Ecclesia paroch. S. Martini satis antiqua, si an. 1004. condita sit. l. c. p. 199.

Weissenborn Ecclesia fil. S. Nicolai. l. c. p. 205.

Bremke Ecclesia paroch. confertur a perillustri Gente de Uslar.

Sacellum S. Christophori in castro Alten-Gleichen Thilo et Otto de *Kerstlingerode* cum cognatis suis Hildebrando, Heisone, Hermanno, Dieterico et Ottone de *Uslar* condiderant, an. 1390. prima

Digitized by Google

prima die Februarii consecratum. SPECHT *Uslar. Stammbeschr.* Cap. IX.

Reinhausen Ecclesia paroch. S. Christophori, in qua primum Canonici, deinde monachi Benedictini Sacra procurarunt. Conradus Henricus et Hermannus fratres, Comites de Reinhausen filii Comitis Elle, cum Mathilde sorore sua, parvum Collegium quatuor canonicorum sub praeposito Siboldo, circa initium Saeculi XII. aut paulo maturius instituerunt. Siboldo defuncto, cum comites illi bona paterna dividerent et villa Reinhausen Mathildi, quae principi cuidam Bavaro nupserat, obtingeret: hic Canonicis monachos substituere statuit. Vocat igitur e monasterio Helmershusano aliquot religiosos et his *Reinhardum* primum Abbatem, annuente Adalberto I. Arch. Mogunt. praeficit. Mox Reinhardus Episcopus Halberstadiensis a fundatore rogatur, ut vice Archiep. Mogunt. ecclesiam consecrat, quod et ille an. 1111. vel 1112. facit *u*). * Post an. 1144. usque ad an. 1209, Abbatia Reinhusana modo Archiepiscopis Moguntinis, modo Ducibus Brunsvicensibus paruit *v*). Floruit usque ad annum 1574, quo *Petrus Frecht* ultimus monachus coenobium deseruit. Bona ejus fisco principis an. 1583. tradita sunt. LEUCKF. *antiq. Bursfeld.* p. 130. Liter. ined.

Lepro-

u) In Addendis ad LEUCKF. *Antiq. Walkenr.* p. 201 et seqq.

* Consecratio ista passim, sed male anno 1100. illigatur, quem errorem LEUKFELDIUS pridem detexit. Is Antiq. Halberstad. p. 580. optime notat, Reinhardum an. 1107. ad infulas Halberstadienses evocatum esse, et Adalbertum Moguntinum an. 1111. festo assumptionis Mariae V. annulo et baculo per imperatorem Henricum investitum. Inde sole meridiano clarius est, consecrationem ecclesiae Reinhusanae an. 1100. a Reinhardo non fuisse peractam. Neque diu post an. 1110. fieri potuit, quia Adalbertus an. 1112. jussu imperatoris captus, triennium custodia tentus est. CONRAD. URSBERG p. CCLXIX, et Udo Episcopus Hildesiensis, quo vivente fundatio Reinhusana confecta est, an. 1114. e vivis excessit.

v) GUD. *cod. dipl.* T. I. p. 160. 416. *Orig. Guelf.* T. III. p. 505.

Digitized by Google

Leproforium cum Sacello propter monafterium. Laus piae fundationis debetur Joanni, Ernefto et Joanni de *Uslar*, qui tutelam domus et dotis Senatui Göttingenfi an. 1460. detulerunt. Nr. XLVII.

Diemarden Ecclefia paroch. jam an. 1022. Monafterio S. Michaelis Hildefii a fundatore donata eft. LAUENST. *Hildesh. Kirchengefchichte.* III. Th. p. 10 et feqq.

Balnhaufen Ecclefia paroch. Vi juris patronatus *Otto de Rufteberg* an. 1386, et *Arnoldus de Rufteberg* an. 1423. novos parochos defignant. Nr. XXXI. XXXVIII.

Stockhaufen Ecclefia paroch. In charta, quod fciam, inedita an. 1191. Hubertus Epifcopus Havelbergenfis, vice et auctoritate Archiepifcopi Moguntini confecrat *Capellam a Ludolfo milite in Stockhufen* fundatam. *Ita jungius in indice Orig. Guelf.* T. V. p. 387.

Sacellum in Elkershufen. Wernerus Archiep. Mogunt. an. 1271. Joanni Abbati Bursfeldenfi copiam faciebat, illud in parochiam erigendi. *Orig. Guelf.* T. IV. praef. p. 15.

Deiderode Ecclefia paroch. Adelheidis, Duciffa Brunfvic. erat patrona, qua juri fuo per Theodericum de Hardenberg an. 1280. renunciante, incolae in facris a praepofito Horti Mariae procurati funt *w*). Huic litem movit Conradus de Frankenberg facerdos, fed caufa cecidit tum Nortuni, tum Moguntiae. SCHEID *cod. dipl.* p. 883.

Hermanrode Ecclefia paroch. An. 1305. a Godfrido de Pleffe et Henrico de Cigenberg novus parochus praefentatur Lupoldo praepofito Nortunenfi. Nr. XIII.

Großen-Schneen Ecclefia paroch. Binae hic videntur fuiffe ecclefiae, an. enim 1290. mentio fit *inferioris ecclefiae* in majori Schneen. SCHEID *von hohen und niedern Adel.* p. 88. MEYER *Antiq. Pleff.* p. 231.

Ober-

w) SCHEID. *cod. dipl. &c.* p. 876.

Oberjese Ecclesia paroch. annexa monasterio Weenden. SCHEID. *Mant. Docum.* p. 541.

Mariengarten monasterium Virginum ord. cisterc. a Dieterico Comite de *Everstein* in villa Weldereckhausen an. 1250, die 20. Maji conditum et eodem anno, die 31. Maji ab Archiepiscopo Mogunt. confirmatum esse scribit JOACHIM MEYER *x*), quasi ipse literas fundationis viderit. * *Udalricus ab Erath* autem initia illius ponit ad an. 1256 *y*). Non defuerunt fautores e nobilibus familiis, qui filias suas et cum iis unum alterumve mansum ibi deo consecrarent *z*). Annus 1542. Horto Mariae, sicut et vicinis monasteriis fatalis fuit.

Dramfeld Ecclesia paroch. S. Nicolai. Jus patronatus Hugo et Henricus de *Dramfeld* parthenoni Mariengarten die 2. Aug. 1259. donarunt, cui ecclesia ipsa deinde unita est.

Sieboldshausen Ecclesia paroch. Villam cum jure patronatus Fridericus de Rossdorf Petro Archiepiscopo Mogunt. an. 1315. resignat. GUD. *cod. dipl.* T. III. p. 129.

Bodenhausen Ecclesia paroch. pridem desolata, cujus rector *Arnoldus* an. 1304. occurrit. SCHEID. *Mant. Docum.* p. 388.

§. 9.

Sedes Dransfeld.

Dransfeld, Warmsen, Klein-Wiershausen, Jühnde, Azenhausen, Hedeminden, Meensen, Lippoldshausen, Gimbte, Hemeln, Ober-Scheden, Nieder-Scheden, Wiershausen, Volkmarshausen, Milenhausen, Bühren, Löwenhagen, Dankelshausen,

x) *Antiq. Pless.* p. 22.

* MEYER illum erronee severum nominat. In cathedra metropolitana tum sedebat Christianus, cui an. 1251. substitutus est Gerardus.

y) Consp. Hist. Brunsvic. p. XX.

z) MEYER l. c.

hausen, Imsen, Barterode, Offenfeld, Knutbühren, Lengler, Holtensen, Hetgershausen, Elliehausen, Güntersen et Ellershausen.

Dransfeld Ecclesia paroch. data monasterio *Lippoldsberg* a Ruthardo Archiepiscopo Mogunt. ante an. 1093 *a*), postea venit ad Dynastas Ziegenbergenses, e quibus Burkardus cum Godescalco de Plesse an. 1269. die 19. Decemb. parthenoni *Mariengarten* jus patronatus contulit.

Hedeminden Ecclesia paroch. In ea Hermannus jun. filius Hermanni sen. de *Ziegenberg* († 1266.) altare quoddam erexit. KUCHENB. *Anal. Hass.* Coll. VII. p. 186.

Hemeln Ecclesia paroch. Parochi hucusque nominati sunt ab Abbate et principe corbeiensi. Locum istum Ludovicus Pius an. 834. dedit Warino Abbati. *Orig. Guelf.* T. V. p. 4.

Löwenhagen modo Ecclesia fil. confertur a perillustri Gente de Stockhausen, sicut et

Dankelshausen Ecclesia paroch.

Barterode Ecclesia paroch. jus patronatus competit perillustribus dominis de Adelepsen.

Lengler Ecclesia paroch. Patroni erant an. 1443. Decanus et Canonici Nortunenses, cum quorum consensu filia Holtensen a matre sejungebatur. *Urk. des Peters-St.* Nr. XLIX.

Elliehausen Ecclesia paroch. Confertur a perillustri Gente de Hardenberg. *

§. 10.

Sedes Moringen.

Moringen, Schnedingehausen, Berwardshausen, Berensen, Wolbrechtshausen, Gladebeck, Hardegsen, Verlingsen, Asche, Loding-

a) LEDDERHOSE *kl. Schr.* I. B. p. 203.

* Hic me historia plane deserit et cogit esse brevem.

Digitized by Google

Lodingſen, Wiebecke, Erbſen, Adelepſen, Schlarpe, Lichtenborn, Volpriehauſen, Hettenſen, Eſebeck, Ellierode, Trögen, Uſſinghauſen, Eſpel, Nienhagen. Oldenrode, Lutterbeck, Thudingehauſen, Lutterhauſen et Fredelsloh.

Moringen. Eccleſia paroch. S. Martini, pervetuſtum aedificium. Jus patronatus ab an. 1093. habuit monaſterium Lippoldsbergenſe *b*), et an. 1534. adhuc exercuit. Domeier l. c. p. 108. * Numeravit olim altaria omnino octo:

1) Altare S. Nicolai memoratur in literis Bertoldi Hanſes civis Moringenſis an. 1380. in tabulario urbis aſſervatis.

2) Altare S. Stephani, 3) S. Catharinae, 4) S. Mariae Magdalenae, 5) S. Margarethae, 6) S. Antonii, 7) S. Cyriaci, 8) duodecim Apoſtolorum. Domeier p. 89.

E fundatoribus commendarum noti ſunt: *Tielke Hagemeiſter*, qui Saeculo XIV. unam conſtituit, et foemina *Belterbergen* vocata, quae duabus commendis decem agros cum dimidio et duo prata transſcripſit. Domeier p. 134. 135.

In coemeterio ſtat Sacellum *S. Blaſio* ſacrum. l. c. p. 89.

Eccle-

b) Ledderh. l. c. Domeier *Geſchichte der Stadt Moringen.* p. 96. 97.

* Letznerus, cui et Domeier *hiſt. urbis Moring.* p. 90. ſubſcribit, venditat juxta templum S. Martini equites templi Hieroſolymitani (Templarios) inſignem domum poſſediſſe, inter bona ejus fuiſſe eccleſiam *Markoldendorf* et curiam Denteniſſen in nemore Sollingano prope Lauenburg *Daſſel und Einb. Chron.* p. 91. Addit in Chronico Corbejenſi, Emmericum de Hoppenhuſen an. 1008. nomen dediſſe ordini. Quot et quanti errores! Ordo iſte an. 1118. demum initium ſumpſit et an. 1128. novem duntaxat equites numerans, in Concilio Trecenſi veſtem propriam et regulam accepit. Prima ejus poſſeſſio in Germania an. 1131. fuit Domus *Loclum*, cui aliae Sedes Brunſvicenſis, Hildesheimenſis, Quereſtadenſis et Halberſtadienſis acceſſere. Münter *Statutenbuch des Ordens der Tempelherren* p. 431. Conf Antons *Verſuch einer Geſchichte des Tempelordens.* Utrimque altum ſilentium de domo Moringenſi.

Digitized by Google

Ecclesia B. M. V. filial. an. 1374. a fratribus Joanne, Dethardo et Ludovico de *Roßdorff*, una cum jure patronatus parthenoni Lippoldsbergensi donata est *c*). Cum hujus consensu illam *Bertoldus* Archiep. Mogunt. an. 1492. inter ecclesias parochiales retulit, "solam ecclesiasticam sepulturam excipientes et „signum baptisterii, que circa ecclesiam *S. Martini* extra muros „duntaxat volumus remanere, hoc nihilominus reservato, quod „singulis diebus dominicis in ecclesia parochiali S. Martini fiat „aque et salis consecratio et una missa ad minus, nec non „circuitus coemiterii per unum presbyterum cum custode ec„clesie, singulis quoque septimanis, feriatis diebus ibidem due „misse, vel ad minus una celebrentur pro Christi fidelibus, „quorum corpora illic sepulta sunt et requiescunt. DOMEIER p. 102.

Novae huic parochiae *Sacellum S. Crucis et S. Udalrici in Dickwelle* situm, et *Sacellum S. Georgii in Lutterbeck* ab Henrico sen. Duce Brunsvic. tributae sunt an. 1490. *d*), et ab eodem Archiepiscopo unitae. l. c. p. 202.

Altare S. Joannis Evangelistae peculiari commenda a Senatu Moringensi an. 1421. ornatum. l. c. p. 103.

Juxta ecclesiam in communi vivebant plebanus et quinque Sacellani ad normam presbyterorum Hardegsianorum, quorum statuta Henricus Herjans an. 1489. adoptavit *e*). Sodalitas illa confirmata est a Bertoldo Archiep. Mogunt. an. 1492. die nona mensis Aprilis *f*). Modum cultus publici, quem presbyteri sodales sibi an. 1497. praescripserunt, vide apud DOMEIER p. 72 – 75. Annexae erant parochiae Moringensi villae

Nienhagen cum Sacello *S. Joannis;*

Ollenrode cum Sacello *S. Nicolai;*

Lutter-

c) DOMEIER p. 95.

d) l. c. p. 98.

e) l. c. p. 68.

f) l. c. p. 71.

Digitized by Google

Lutterbeck cum Sacello *S. Georgii;*
Snedigehausen cum suo Sacello.

Hevensen Ecclesia paroch. S. Lamberti.
Ecclesiae fil. Wolbrechtshausen et Berensen.

Hardegsen Ecclesia paroch. S. Mauritii a Margaretha, vidua Ottonis Quadi amplificata et pretiosis ornamentis donata perhibetur. WINKELMANN *Braunschw. Regentenbaum* p. 105. Habuit altaria tria:

1) *Altare trium regum*, cui Senatus Hardegsianus an. 1470. censum annuum duarum marcarum, sub Sacellano Ludolfo Arndes contulit.

2) *Altare S. Martini*, cujus redditus Hermannus Alrutz, civis Hardegs. summa 40 aureorum an. 1483. auxit.

3) *Altare S. Laurentii.* Hujus et prioris Vicarius postremus fuit Joannes Rost, solus e presbyteris catholicis an. 1566. adhuc vivens. DOMEIER *Geschichte der Stadt Hardegsen.* p. 50.

Ecclesia, vel Sacellum in veteri castro, a dynastis de *Roßdorf* circa an. 1324. exstructo, de quo DOMEIER p. 17. sic scribit: Von den uralten Nebengebäuden sind annoch folgende vorhanden: 1) das Hagenhaus, welches zur *Kirche* und Proviant-Hause gedient hat &c.

Sacellum S. Georgii ecclesiae parochiali adstructum a Duce Ottone ejusque matre Margaretha an. 1424. et confirmatum quoad dotem a Duce Wilhelmo seniore an. 1439. DOMEIER p. 48. 49.

Aliud quoque Sacellum, nescio quale, vel quo titulo Hardegsiae conferendi jus habuit praepositus Nortunensis. *Gesch. des Peters-St.* p. 44.

Etiam *Breido vel Breithardus de Ranzau* hic loci sepultus (1372. etiamnum in vivis erat) aliquod beneficium ecclesiasticum instituisse dicitur. *Jonas de Elverfeld de Holsatia* p. 291.

Extra urbem prope *leproforium Sacellum* ftetit, cujus patronus fuit Senatus Hardegfianus. DOMEIER p. 51.

Nec praetermittendum eft, hic fuiffe *fodalitium presbyterorum a calendis dictorum*, quod a liberalitate viduae Ottonis Quadi derivant. WINKELMANN l. c. p. 105.

Ertigehaufen Ecclefia fil. DOMEIER p. 54.

Erbfen Ecclefia paroch.

Ecclefiae fil. Loedingfen et Wibbeke.

Adelepfen Ecclefia paroch. Hic Albertus de Bernfen et ejus conjux Adelheidis, cum venia dominorum de Adelepfen et plebani, duo beneficia, quae primiceriae vocabantur, an. 1437. fundarunt. N. XLIII.

Schlarpe Ecclefia paroch. pridem cum ecclefia Volpriehufana conjuncta.

Elligerode Ecclefia paroch. quam Georgius Stenneberg, Lutheri fectator an. 1528. occupavit *g*),

Ecclefiae fil. Hettenfen, Lichtenborn et Afche. Lichtenbornenfes proprio Sacello ufi funt, cujus rudera hodie reftant. DOMEIER p. 78.

Trögen Ecclefia paroch. S. Laurentii. Jus patronatus olim fuit penes dominos de Bovenden et de Mandelsloh.

Uffinghaufen Ecclefia fil.

Lutterhaufen Ecclefia paroch. Anno 1307. illam rexit plebanus *Ecbertus* et an. 1321. plebanus *Engelhardus.* DOMEIER p. 80.

Tuding-

g) Die Papiften verfolgten ihn aber, aufs äufserfte fogar, dafs er im Jahr 1528. den 21. April des Nachts überfallen, arreftiret und nach dem Bergfchlofs Rufteberg gefchleppet, auch allda in den fo genannten Pfaffen-Thurm geworfen worden, bis er endlich am 13. Auguft d. J. auf Vorbitte der Herzogin Elifabeth von Braunfchweig nach 21 Wochen wieder befreyt und in fein voriges Amt eingefetzet worden. DOMEIER l. c. p. 75.

Digitized by Google

Tudinghausen Ecclesia fil., et *Blankenhagen.*

Fredelsloh monasterium ord. S. Augustini cum Ecclesia S. Blasii. Somnia Letzneriana de primordio ejus explodunt literae *fundatoris*, *Adelberti II.* Archiep. Mogunt. Frideslariae die 20. Jun. an. 1137. datae, in quibus asserit, se in honorem dei et gloriose genitricis ipsius et B. Blasii martyris ecclesiam construentem, spe mercedis eterne studio atque labore suo *religiosos fratres de regula B. Augustini* undecunque collectos in ea collocasse et in perpetuum divino obsequio mancipasse *h*). Idem Archiepiscopus ante biennium an. 1135. 3. Jan. tres mansos fratribus in Fredeslo degentibus confirmarat *i*); unde palam fit, amplius tres annos fabricae monasterii esse insumptos. Haud diu post fundationem etiam moniales ejusdem regulae ibi domicilium sibi constituerunt, testante Arnoldo Archiep. Mogunt. . . . Per virgines quoque et viduas, ut eterno sponso possent copulari, voluntarie se includentes, magnum et religiosum ibidem coadunatum est in domino sororum collegium *k*). Huic soli permissum est coenobium saeculo proximo sub Priorissa et Praeposito, fratribus alio commigrantibus *l*). Agmen Priorissarum clausit *Hilleburgis de Reuden* ab an. 1551 – 1584, mortua anno aetatis quarto supra centesimum. DOMEIER l. c. p. 181.

Sacellum S. Antonii in monasterii curia Edelershusen. * De illo lis orta est inter parthenonem Fredelsloh et inter conventum

h) *Götting. Gesch. fortges. Betracht.* p. 100. DOMEIER *Gesch. der Stadt Moringen.* p. 175.

i) SCHEID *cod. diplom.* p. 694.

k) *Fortges. Betracht.* p. 110.

l) SCHEID *vom hohen und niedern Adel.* p. 118. *Mant. docum.* p. 309.

* Fallitur DOMEIER p. 188. scribens: Schliesslich ist noch zu bemerken, dass ehedem nahe bey Fredelsloh im Walde ein Mönchskloster vom Orden des heil. Anthonius gelegen.

Digitized by Google

ventum *Grünenberg* * propterea, quod illa per ſe et ſuos nuncios animalia quadrupedia et eleemoſynas cum nolis incedendo, ſub titulo beati Antonii, in praejudicium et damnum Praeceptoris ordinis et domus in Grünenberg petiviſſent. Deciſio litis delata eſt Erneſto Duci Brunſvicenſi an. 1349. die 30. Jun. SCHEID *cod. dipl.* Vorrede p. XXXVII. et ſeqq.

Eccleſiae deſolatae.

Barthuſana ſita inter Luttershauſen et Hevenſen;

Freudewaldenſis vel Freienwald prope Hettenſen;

Volkſfeldenſis juxta Ertigehauſen. DOMEIER *Geſchichte der Stadt Hardegſen.* p. 85. 86.

§. 11.

Sedes Oelsheim.

Oelsheim, Bursfeld, Fürſtenhagen, Offenſen, Verliehauſen, Alberhauſen, Walshauſen, Heiſebeck, Arenborn, Schöningen, Wienſen, Lippoldsberg, Bodenfeld, Wahnbeck, Wiergiſſen, Lauenforde, Meinbrexen, Boſzen, Fürſtenberg, Derenthal, Schönhagen, Cammerborn, Solingen, Vahle, Dinkelshauſen, Allershauſen, Eſchershauſen, Bollenſen, Gierswalde, Uslar.

Oelsheim Othelsheim dicitur Eccleſia *matrix* ſub Sigefrido Archiepiſcopo Mogunt. († 1084.) ad quam, quando Synodus habebatur, incolae villarum Artheleſemenſis, Budineveldenſis, Gotmarſenſis, Bennenhuſenſis et Badenhuſenſis venire debebant. *Chron. Lippoldsb.* LEDDERHOSE *kleine Schriften.* N. III. p. 200.

Burs-

* Conf. C. FR. AYRMANN apud Kuchenb. coll. IV. p. 390-411. Von dem Antoniter-Hauſe zu Grünberg.

Digitized by Google

Bursfeld monasterium O. S. B. cum ecclesia *SS. Thomae et Nicolai* confirmatum est Heiligenstadii an. 1093. die 15. Jul. a Ruthardo Archiepiscopo Mogunt., qui fundatores nominat comitem *Henricum*, filium Ottonis ducis et ejus conjugem *Gertrudem*, filiam Eckberti Marchionis *m*). Innovavit an. 1144. confirmationem Henricus Archiep. Mogunt. *n*). Saeculo XV. celeberrimum fecit nomen hujus monasterii per totam germaniam *unio seu Reformatio Bursfeldensis*, cujus originem et progressum LEUCKFELD descripsit *o*). Ab ista veteri reformatione ad novam a Ducissa Brunsvic. Elisabeth praescriptam, transiit an. 1542. Abbas *Joannes Rappe*, cui duo Abbates catholici successerunt, post quos ante an. 1588. regula S. Benedicti cum religione catholica cessavit. LEUCKF. l. c. p. 27.

Heisebeck. Decimam in Hasbike Rutardus Archiep. Mogunt. parthenoni (ante an. 1093.) assignat. *Chron. Lippoldsb.* Nr. X.

Schöningen Ecclesia paroch. jure patronatus perillustris Gens de Hattorf usa est.

Lippoldsberg. Sacellum ligneum S. Chrisogono dicatum *Lupoldus* Archiep. Mogunt. * a quo locus nomen habet, hic aedificavit, pro quo Sigefridus I. ejus Successor lapideum in honorem S Georgii exstruxit ac decimis aliisque bonis auxit. Lippoldsberg tum erat feudum Comitis Henrici, filii Ottonis ducis, qui illud Ruthardo Archiepiscopo reddidit, ut parthenonem O. S. B ibi instituerit, quem et ante an. 1093. condidit *p*). De hoc monasterio controversia nata est Saeculo XV. inter Ericum Ducem Brunsvicensem et Philippum Hassiae Landgravium

m) LEUCKF. *Antiq. Bursfeld.* p. 6.

n) *Orig Guelf.* T. IV. praef. p. 81.

o) LEUCKF. l. c. p. 31 - 192.

* Praefuit Ecclesiae Mogunt. ab an. 1051 - 1059. Conf. *Geschichte des Peters - St. zu Nörten.* p. 23.

p) Chronicon coenobii Lippoldsbergensis ex codice MSS. Saeculi XII. nunc primum editum. LEDDERHOSE *kleine Schriften.* I. B. p. 195 - 226.

Digitized by Google

vium an. 1538. die 11. Martii ſic compoſita, ut illud Philippo cederet, (qui promiſit, ſe moniales non exturbaturum.) ceſſante autem vita monaſtica, uterque princeps bona ejusdem in ditione ſua ſita capeſſeret. Meyer *orig. Pleſſ.* p. 73.

Bodenſeld. Incolae Synodum in Lippoldsberg adire a Sigefrido I. Archiep. Mogunt. jubentur. *Chron. Lippoldsb.* Nr. III.

Uslar Eccleſia paroch. Extra altare primarium memoratur Altare S *Andreae.*

Sacellum in Caſtro Uslarienſi tribus inſtructum altaribus. Otto Dux Brunſvic. ut Arch. Mogunt. ruinoſum altare B. M. V. ad dextrum latus ſummi altaris tolli permitteret, ac vicariam ei adhaerentem ad *Altare S. Crucis*, hujus autem Vicariam ad Altare S. Andreae in eccleſia parochiali transferret, optavit; quod etiam an. 1462. die 10. Decemb. Heyſo Krauwel, Commiſſarius Archiepiſcopi executus eſt. Scheid *cod. dipl. praef.* p. CVI.

Cum parochia Uslarienſi conjuncti ſunt pagi ſequentes: Solingen, Eſchershauſen, Vahle, Dinkelhauſen, Allershauſen et Wienſen.

In via, quae in pagum Wienſen ducit, ſtat *Sacellum* an. 1376. excitatum, quod in literis Papae Bonifacii IX. *capella beate Virginis Marie* vocatur. Büsching *Magazin für die Hiſt. und Geogr.* VII. p. 555.

EMENDANDA.

p. 7. lin. 11. lege octo pro ſeptem.
p. 10. lin. 13. lege dubitationem pro debitationem.
p. 15. lin. 11. lege an. 1128 pro 1328
p. 16. lin. 15. lege Rodenſtein pro Roſenſtein.
p. 19. lin. 17. lege admiſſionem pro admiſſionem.
p. 43. lin. 6. lege 1240 pro 1140.

Digitized by Google

D I P L O M A T A.

Digitized by Google

I.

Adelbertus Archiep. Mogunt. Eberhardum Abbatem Steinensem inaugurat 1120.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus tam futuri temporis quam presentis fidelibus, quod ego *Adelbertus* sancte Moguntiacensis Ecclesie Dei gratia Archiepiscopus dignitatis vero Romane legatus locum in Saxonia, qui Stein dicitur sancte Dei genitricis Marie nomine consecratum et ab antecessore meo Domino *Rothardo* antistite monastico scemate initiatum divine retributionis intuitu non tantum idipsum perpetualiter fore promisi quin etiam fratri *Eberhardo* cui ipse commiserat, firmatis omnibus loci appenditiis cum consilio Episcoporum Reinhardi Halverstadensis, Theodorici Zicensis, Bartoldi Hildeshemensis, aliorumque fidelium meorum disponendum commisi, verum quia nimia locum paupertas angustat, non longo post tempore tam prefatis Episcopis quam mihi aliisque multis fidelibus hanc ita posse potissimum levigari, si locus nomen dignitatis habeat, justum est *); et ita ductum mecum Moguntiam predictum fratrem secunda feria post diem sancte pasce in statione ad sanctum Petrum, cum consilio et auxilio fratris mei domini Brunonis Spirensis Episcopi Abbatumque sancti Volperti, sancti Jacob, Werenbaldi et Salegenstadensis Beringeri ac prepositorum sancti Martini Dudonis, sancte Marie Anselmi, sancti Petri Almari, Stephani Richardi, sancti victoris Henrici, sancti Mauritii Hermanni, totiusque conventus, orationibus *manu mea Abbatem consecravi* sicque *locum Stein ad honorem Dei et ejus piissime genitricis Marie dignitate ac nomine Abbatie initiavi sublimavi et perpetuavi*, mercedem pro hoc poscens a domino ejusdem gloriosissime precibus non solum peccatorum

*) Forte legendum: visum est.

torum meorum remissionem sed cum beatis omnibus eterne vite sperans communionem, hoc privilegium quod pro statu ecclesie et anime nostre redemptione sanximus, ne quisquam presumat violare ex autoritate beati Petri Apostoli omniumque sanctorum banno nostro confirmavimus, et ut firmum inconvulsumque omni tempore permaneat sigilli nostri impressione signavimus. Testes horum sunt Bruno, Reinhardt, Bartolff Thidericus Episcopi, Volpracht Werenbaldus, Beringerus Abbates, Dudo Richard, Asmar, Anselmus, Hinric Thurebracht Hardthmann Richard prepositi, Zeihzolff, Conno presbyteri, Gotswin Olderich, Gerlach Hinric dudo Vulfric Eimbrico Wernheri laici, aliique notarum francium sexus utriusque perplurimi. Datum dominice incarnationis anno MCXX. indict 13 Papa Calixto II. a Domino Adelberto Episcopo Moguntino regnante domino nostro Jesu Christo cui honor et gloria cum patre et spiritu sancto in omnia seculorum secula amen.

II.

Albertus Archiep. Mogunt. componit litem Monasterio Steine de praedio quodam in Lengede illatam 1123.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego Adelbertus dei gratia Moguntinus Archiepiscopus et apostolice sedis legatus, notum facio omnibus tam posteris quam presentibus, qualiter Hawerdus quidam de ministerialibus sancti Martini predium suum quod in *villa lengeda* habuit, cum omnigena utilitate sancte Dei genitrici in Steina tradidit ad usus fratrum sub monastica vita Deo ibidem famulantium factum est hoc in presentia venerabilis predecessoris nostri Routardi Archiepiscopi cujus et privilegio firmatum fuit, quod postea nostris diebus uxor illius et filius cum ea, sub cujus mundiburdio erant, voluerunt infringere judicio et patria lege volentes comprobare omnino irritam esse debere traditionem que de eorum hereditate ipsis ignorantibus facta foret, cumque privilegii autoritate eis resisteremus et quod inconcussa ad nostra usque tempora Ecclesie possessio perdurasset, objiceremus ab illis qui interfuerunt nostro assensu com-

Digitized by Google

compofitum eft quod mater et filius omne allodium quod habuerunt in *Bainrodt* cum univerfa ejus utilitate et infuper dimidium manfum *in lengeta* qui quinque folidos annuatim perfolvere poffit, libera et perpetua traditione donaverunt et ipfi de cetero fine inquietatione et omni proclamatione reliquam hereditatem poffederunt, ficque prefata Ecclefia iftud quod determinatum eft fuis ufibus mancipavit. Nos autem ut *omnibus* eis *) in convulfum permaneat auctoritate beati Petri et noftra fub perpetuo anathemate precipimus et figilli noftri impreffione fignantes roboramus. Hujus rei *teftes funt* epifcopi *Bruno fpirenfis* Bucko wormacenfis Henricus Prepofitus, capellani Godescalcus Didericus, beneficiati Archiepifcopi Conradus de Eberftein Dudo de Emmenhufen Conradus filius Hermanni comitis, minifteriales Crafft advocatus, Conradus Arnoldus et filius ejus Hugo Theodericus Hawerdus Maffo et frater ejus Theodoricus Honterus figiboto et plures alii. Actum eft hoc anno dominice incarnationis MCXXIII. indictione XIIII. imperante Hinrico hujus nominis quinto datum in *Rufleberge* 4 idus Julii per manum Hinrici notarii pinguenfis Prepofiti.

III.

Iudices Nortunenfes denunciant Spoliatores et incendiarios Monafterii Nordheimenfis effe excommunicatos (*ante an.* 1170.)

Iudices Northunenfes univerfis ad quos prefens litera pervenerit, falutem in domino. Auctoritate prefentium proteftamur, quod malos forenfes, qui ecclefiam Northeymenfem fpoliis et incendiis moleftarunt et cemiterium fanguine polluerunt, pro excommunicatione, quam meruerunt, per prepofituram Northunenfem auctoritate Prepofiti Northunenfis fecimus denunciari excommunicatos. Ut vero huic facto fides adhibeatur, prefentem literam noftro figillo roboravimus.

IV.

*) Verofimiliter: omne jus ejus.

Digitized by Google

IV.

Sifridus Archiep. Mogunt. Abbati Nordheimensi usum Insulae concedit 1239.

Siffridus dei gratia S. Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius dilecto in christo filio *Everhardo Abbati monasterii S. Blasii in Northeym* ac omnibus ejus successoribus in perpetuum. Universis quibus honestas ecclesie decorari ac prelatorum nostre solicitudini subjectorum tristari potest honor, divino nobis favente consilio semper intendere cupientes ac benignius inclinare eorum precibus, qui nos sedulis suis obsequiis amplectuntur; ad porrectas nobis preces tuas et amicorum tuorum fidelium nostrorum tibi et successoribus tuis in perpetuum duximus concedendum, ut *secundum morem et consuetudinem Abbatum provincie nostre insulis munitorum utantur insulis* ad honorem dei et monasterii vestri decoris augmentum. Nam in decore domus domini dominus delectatur. Datum Moguntie Kal. Julii anno dominice incarnationis MCCXXXIX. pontificatus nostri anno nono.

V.

Abbati Steinensi usus insulae permittitur 1243.

Siffridus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius dilecto in Christo *Luthero Abbati ecclesie in Stene* Moguntine dioecesis salutem in domino. Eos digne prosequimur speciali gratia et honore, in quibus circa nos et majoris devotionis et fidei argumenta jugiter experimur, tue igitur devotionis inducti merito tibi tuisque successoribus in perpetuum indulgemus ut ad honorem dei et ecclesie vestre decoris augmentum, *usum infule habeatis tali gaudentes insignio pariter et utentes, sicut et consueverunt uti Coabbates vestri Mogunt. dioecesis similis honoris gratiam habentes.* Ne igitur super hac speciali gratia vobis et Ecclesie vestre indulta in posterum dubitationis scrupulus alicujus valeat suboriri, has nostras presentes literas sigilli nostri muni-

Digitized by Google

munimine roboratas damus vobis in teſtimonium ſuper ea. Datum Fritzlarie anno dominice incarnationis 1243. 4. idus Januarii pontificatus noſtri 14.

VI.

Manſus unus in Angerſtein in judicio Nortunenſi adjudicatur monaſterio Steine 1262.

Judex ordinarius capituli Northunen. Omnibus hanc literam inſpecturis ſalutem in auctore ſalutis. Inſinuatione preſentium proteſtamur, quod d— in Chriſto domino *Everhardo de Wittede prepoſito preſidente judicio in choro Northunenſi* Gernbrandus, Wernerus et Heidenricus famuli pro quodam manſo in Angerſtein ſito qui fuerat Brunonis, quem venerabilis Pater et Dominus Gerardus Archiepiſcopus Moguntinenſis Eccleſie in Stene libere contulit, eandem Eccleſiam ſepius impeterent affirmantes ſibi minus juſte eundem manſum hereditario jure attinere, predicta Eccleſia *per ſententias capituli rite inventas prefato judice* Joanne de Sineneſſen, Joanne de Eddingehuſen ſacerdotibus et Philippo de Suthen atteſtantibus memoratum manſum obtinuit predictis famulis omnimodis abjudicatum, quod ipſi bonis his ſimilibus carentes Warandiam facere nullatenus potuerunt. *Cum autem ipſi coram nobis in capitulo querelam ſuam pro eodem manſo ulterius contra Eccleſiam renovarent*, per predictorum Virorum teſtimonium iterato fuerunt ipſis eadem bona conſentiente capitulo abjudicata. Ne igitur ſuper hoc facto alicui in poſterum generetur ambiguum preſenti litera ſigilli noſtri impreſſione roborata predictam eccleſiam communimus. Teſtes ſunt *Everhardus de Wende prepoſitus Conradus Decanus Northunenſis, qui predictis famulis conquerentibus judicio preſiderunt*, Johannes de Suneneſſen, Tidericus de Beſingen Canonici Northunenſes, *Sibodo plebanus ibidem Joh. de Eddingehuſen Volquinus de Hildensheim, Conradus de Lindawe Crachto de Billingeshuſen plebani.* Mgr Johannes de Gottingen, Johannes Lupus Sacerdotes, item Heidenricus miles de Lengede, Philippus de Suten, Hermannus Hugonis Con. de Goslaria Hinricus de June, Johannes de Lengeler Siffridus civis in Northun, Conradus de

de Wakene et alii quam plures Clerici et Laici. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXII. XVI. Kal. Julii.

VII.

Zeugniss des Herzogs Albrecht von Braunschweig über verschiedene Güter des Michaels-Klosters zu Hildesheim 1264.

Von Gottes Gnaden wy Albrecht Hertog to Brunschwig bekennen openbahr in düssen unsern open Breve vor uns unsere Erben und alle den, die öhn sehen edder hören lesen, dat wy umb Gottes und Bede willen des geistlichen Vaders und unsers leven andächtigen Herrn *Ernste Abtt des cloesters tho Sünte Michaels binnen Hildesheim* von Sünte Benedictus orden, don ein Urkunde und Betüchnüsse in und mit Krafft düsses Breves von ichtes welken na beschreven öhren güderen, die öhne de hillige unse leve Vader und Here *Sünte Berwardt* heft gegeven und in ranlicken Besittunge, Bruckende were geben, alse bi nahmen to *schweckhusen* twe fuldische Hoven Landes und dat cloester to Reinhausen ock eine fuldische Hoven Landes, der ein jeglich hefft in Morgenthall sestig Morgen und dat vorwerk mit aller thobehörunge altomahle alse dat up der Feldmarke de darselvest ligt, nichts utbescheiden, so dat alle to demsülven vorwarke höret, alse alle wischen mit dem Brocke uud an Holte de *schweckhuser Berg* und *Vogelberg* mit dem Huisthal tho *Langwerdeshusen*, eine Hove Landes tho *Evergötzen*, twe Hove Landes tho *Krevecke*, dre Hove Landes mit allen öhren Thobehörungen und Gerechtigkeiten, *dat ganze Dorp tho Reinolveshusen*, *dat Kercklehen und den Tegen mit der ganzen Feldmark und Holtunge*, wischen und weisen, water und weide mit aller Thobehorunge und Rechtigheiten nichts utbenomen, tho *Dorste* elven Hove Landes mit dre Meyerhöven und elven Kotworden und eine Möhlen mit der Fischery von der schlagemühlen an wente an den Beck tho Rückmershusen, und dat Dorster Holt von den Rothen (Rhetem an) wente an dat Rosendael mit dem ganzen Heigerthal und ock dat temkenthal mit der teneken Breite, sind ock öhr halff mit allen öhren Rechticheiten und Thobehörunge, tho *osterode* veir Hove Landes

Landes mit einem Meyerhove und ock to *Honſtedt* anderthalb Hove Landes mit einer warte. Düſſer vorgeſchreven güder mit aller öhren Thobehörungen und Rechticheiten, wie ſie belegen in velden, in holtzen, in wiſchen und wieſen in water in weiden und wie man ſie benennen mag, *icht wy jenige rechticheit darinne hebben mögten, effte hetten an Egendom, an Denſte, an Gerichte, edder an ander unplichte, willen wy noch en ſchullen unſere erven effte jemands von unſer wegen nimmermehr darub ſoken und don des eine gantze ewige vorticht vor uns, unſe Erven* und allen denjenigen, die da meinden edder dechten in thokommenden Tiden von unſer und unſerer Erven wegen rechticheit daran tho beredende effte tho hebbende und nehmende upgenannten geiſtliken Vaders und Herrn mit ohren underſaten und ock ohre Güdere in unſere Beſchirmunge und vordedinge, up dat ſie unſern leven Herrn Gott und den hilgen ſünſer leven Herrn ſünte Berwarde vor uns und unſern truweliken bidden in öhren innigen Bedde. Düt alle iſs geſchehen in Beyweſende unde Fulborde unſer Herſchup unde Manſchup alſe des Hochgebohrnen Graven Otten von Everſtein, Gunzel und Aſchwin Broder von Wenthuſen von Meinerſen Cordt von Dorſtadt Hermann von Oldershauſen und Ludolff von Weynthen. Duſſes allen to mehrer beſeſtinge ohrkunde und bekentnüſſe hebbe wy unſe Ingeſegel witliken an duſſen Breff laten hengen. Und iſs geſchehen na Chriſti gebohrt unſers Herrn do men ſchreff duſendt unde twe hundert Jahr, darnach in dem veer und ſeſtigeſten Jahr im Dage ſünte Martens des hilgen Biſchoppes.

VIII.

Gerardus Piſtor quatuor jugera confert hoſpitali Oſterodano 1270.

Nos Albertus divina miſericordia parochianus Sancte Marie *proviſor hoſpitalis ibidem* univerſis preſens ſcriptum inſpecturis cupimus eſſe notum. Quod *Gerhardus piſtor noſtrarum Kalendarum devotus confrater* pio motus affectu quatuor comparavit jugera ſita in loco dicto Sutholte a Domino Henrico de Overvelde ſuis heredibus conſentientibus, ipſosque agros ob reverentiam Domini omnipotentis et beate virginis Marie in ſuorum remedium peccatorum *contulit hoſpi-*

Digitized by Google

hospitali perpetuo possidenda, eatenus siquid emolumenti a dictis agris proveniat annuatim, inde pauperum dicti hospitalis quedam exequialia videlicet feretrum cum suo velamine et cereis eidem continentibus comparentur, aliis quoque ejusdem parochie pauperibus et mendicis cum tempus exegitur porrigantur dicti agri pro V fertonibus et emebantur*). Ne vero aliquis nostrorum putet successorum — — agros suis usibus desilire et ut hoc opus evidentissimum pietatis inconvulsum perpetuo perseveret, sub fratrum hospitalis Kalendarum ejusdem sigillo presens conscribi fecimus testimonio litterarum. Actum anno gratie MCCLXX. idus Junii.

IX.

Plebanus in Novali majore (Grossen Rode) mansum unum in Holthusen permutat coenobio Amelungsborn 1276.

Johannes judex Northunensis omnibus hoc scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Notum facimus universis, quod *Ber'trammus plebanus de majore novali* mansum unum situm in Holthusen ad luminaria ecclesie sue servientem a Bernhardo cive in Holthusen juxta Snetingehusen, comparavit, quem scilicet mansum reliquit ecclesie beate Marie Virginis in *Amelungsborne* cysterciensis ordinis Hildensemensis dyocesis, cum consensu patronorum titulo permutationis ita quod ecclesia in Amelungsborne mansum unum ex diversis agris in campo ville novalis vicinis collegit et in restaurum propter commodum utriusque ecclesie in novali permutationis titulo assignavit, cujus mansi collecti decimam ecclesia in Amelungsborne sibi reservavit cum decima majore. Ne igitur quis posset credere, quod decima hujus mansi collecti transiret cum manso hanc literam ad recognitionem hujus permutationis dedimus ad utilitatem partium commutantium et ad eorum petitionem sigilli nostri, ac sigilli Northunensis ecclesie ac Domini Theoderici de Hardenberge munimimibus roboratam. Testes hujus rei Conradus Decanus Northunensis, Hildebertus Scholasticus, Johannes viceprepositus, Theodericus de Besinge

*) Mendose descriptum.

Besinge Canonici Northunenses, Hartmannus Magister in Suetingehusen, Bodo opilio et alii quam plures. Datum Northunis anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto id. Octobris.

X.*

Wernherus Archiep. Mogunt. Capellam in Wirkeshusen liberam a matrice pronuntiat 1277.

Wernherus dei gratia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per germaniam Archicancellarius dilecto in Christo *Theoderico Capellano de Wirkeshusen* Moguntine Dioecesis salutem in domino. Oblata nobis tua petitio continebat, quod *militares quidam de Wirkeshusen Capellam ibidem sitam olim in fundo proprio pietatis intuitu propriis sumptibus construxerunt, eamque de suis bonis dotaverunt* adeo competenter, quod rector ipsius, qui pro tempore fuerit de proventibus ejusdem capelle sustentationem congruam habere poterit et honestam, ita etiam quod matrici ecclesie, a qua hactenus habita est pro libera et exempla nullum exinde prejudicium generetur, cujuscunque etiam alterius jure salvo presertim cum omnium, quorum intererat, consensus accesserit super eo. Propter quod petivisti a nobis ut factum hujusmodi confirmare de benignitate solita curaremus. Nos igitur tuis devotis supplicationibus inclinati, quod provide in hac parte factum existit et in alicujus prejudicium non redundat, auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Datum apud Aschaffenburc anno Domini MCCLXXVII. II. idus Junii.

XI.

Praepositus et conventus monialium in Osterode vendunt senatui unum fertonem annuum 1289.

Nos divina miseratione B. prepositus Cr. Abbatissa G. priorissa totusque conventus *ecclesie S. Marie sanctique Jacobi in Osterode* in his scriptis publice recognoscimus, quod bona deliberatione prehabita et unanimi nostre congregationis consensu vendidimus discretis viris con-

Digitized by Google

consulibus civitatis supra dicte pro quatuor marcis fertone minus examinati argenti unum fertonem annuatim in redditibus puri argenti ab area quae antiquitus domus fuerat Lup. pie memorie Kepere cognominati cum pensione annuali a nobis non recepta et multis annis pretermissa, quibus predicta area inhabitabilis fuerat et deserta cum omni etiam jure quo ad nostram ecclesiam census prenominatus fuerat devolutus. *Hanc enim summam inducti et rigore ecclesiastico compulsi ad procuratorem domini nostri Moguntini tenebamur expedire.* Ne ergo nostram venditionem inposterum aliquis successor inmutare valeat seu presumat sepedictis viris presentem litteram dedimus ad cautelam appensione sigillorum nostrorum firmiter roboratam. Hujus rei testes sunt honesti Viri Anshelmus de Uslaria major Hugo Heriberti, Johannes Advocatus Beseco et Th. fratres dicti de poelde Johannes Hartmann Anshelmus junior et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini MCCLXXXVIIII. XV. Kal. Januarii.

XII.

Gerardus Archiep. Mogunt. facultatem dat Abbati Steinensi suscipiendi pueros literis imbuendos 1293.

Gerhardus dei gratia Sancte Moguntine sedis Archiep. sacri imperii per germaniam Archicancellarius dilectis in Christo *Abbati et Conventui monasterii beate Virginis Marie in Steue* ordinis Sancti Benedicti Moguntine Dioecesis salutem in Domino. *Ut pueros Scholares literarum studiis imbuendos*, nec non pro cultu divini officii adaugendo ad ecclesias vestras recipere licite valeatis vobis indulgemus presentibus ex gratia speciali concedentes vobis has nostras literas in testimonium super eo sigilli nostri appensione munitas. Datum Homburgk XV. Kal. Julii anno Domini 1293.

XIII.

Praeposito Nortunensi praesentatur clericus parochia in Hermannrode investiendus 1305.

Honorabili Viro Domino *Lippoldo Preposito ecclesie Northunensis Godfridus de Plesse et Heynricus de Ceginberg nobiles* expositam in omni

omni honore et obsequio voluntatem. Reverencie vestre Ludewicum clericum exhibitorem presencium transmittimus, cui *ecclesiam in Hermanrode, que nobis ex resignatione Domini Frederici sacerdotis vacabat, contulimus* suppliciter exorantes quatenus eidem curam animarum conferatis et eundem dono altaris ejusdem ecclesie dignemini investire. Datum et actum anno domini MCCC. quinti in die vincentii martyris.

XIV.

Literae reversales Henrici Cusonis parochi in Nordheim datae Abbati et Conventui S. Blasii 1309.

Ego Henricus dictus Cuso Sacerdos presentibus recognosco, quod de bonis, redditibus proventibus et obventionibus quibuscunque ecclesie parochialis in Northeim ad quam respiciendam et regendam per honorabiles viros, Dominos meos, Dominum Hermannum Abbatem et conventum Monasterii sancti Blasii ibidem, sum in Capellanum et perpetuum vicarium presentatus, singulis annis dare debeo decem marcas puri argenti modis et terminis infra scriptis videlicet, Domino Abbati dicto in festo Pasche ad caritatem dimidiam marcam. Philippi Jacobi unam ad caritatem marcam. In festo Pentecostes dimidiam marcam. Bonifacii unam marcam. In festo Assumtionis Beate Virginis unam marcam Domino Abbati, ad caritatem dimidiam marcam, Michaelis Domino Abbati duas marcas. In Nativitate Christi Domino Abbati unam marcam et ad caritatem dimidiam marcam. Jura Episcopalia, Archidiaconalia et contributiones quascunque, dictam parochiam contingentes, prefato Domino Abbati persolvam, per ipsum ubi et cui expendende fuerint, presentandas. Debeo etiam Ecclesie Moguntine duo talenta cere sub Expensis meis annis singulis in festo sancti Martini precise nomine dicti Abbatis persolvere, ita quod ipsi et suo conventui super solutione hujusmodi quitationis litera rescribatur. Preterea debeo processionibus precipuorum festorum personaliter in Matrice scilicet Ecclesia sancti Blasii, cum ab ipso Domino Abbate requisitus fuero, interesse. Ad hoc idem faciendum ipsum populum parochialem fideliter informando,

Digitized by Google

mando, eundem populum tam in confeſſione quam in predicatione tam per me quam per alios, quantum et quocunque potero, exhortari debeo, ut predicte Monaſterii Eccleſiae debitum honorem et reverentiam exhibeant, nec non debitis, damnis et injuriis quibuscunque Domino Abbati et Conventui ſatisfaciant pro ſuarum remedio animarum. Inſuper nullas omnino literas per me ſeu per alium impetrare ſeu procurare debeo, quibus Domino Abbati et Conventui predictis intuitu prefate parochie poſſet aliquod damnum, ſcandalum ſeu prejudicium generari. Super premiſſis omnibus et ſingulis, ſine omni dolo et fraude fideliter obſervandis, Domino Abbati et Conventui antedictis tres fidejuſſores conſtitui, quorum ſiquis deceſſerit, in illius locum alium equivalentem infra menſem a die, quo ſuper eo requiſitus fuero, proximum ſubrogabo. Ad hoc et ad omnia alia et ſingula premiſſa fideliter et integraliter obſervanda, me fide mea Domino Abbati, ſuo et Conventus ſui nomine, fide data obligo in his ſcriptis. Teſtes hujus rei ſunt diſcreti viri: Magiſter Joannes de Lodingeſſen plebanus in Heuenhuſen, et Helmoldus plebanus Eccleſie Sancti Spiritus in Göttingen, et plures alii fide digni. Datum ſub ſigillo meo Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nono. In die Sancti Petri ad Cathedram.

XV.

Petrus Archiep. Mogunt. numerum religioſorum in monaſterio Nordheimenſi ad 24. *reſtringit* 1312.

Petrus dei gratia S. Moguntine ſedis Archiepiſcopus S. Romani imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis ſibi in Chriſto Abbati et conventui monaſterii in Northeym ord. S. Benedicti dioeces. Moguntine ſalutem in domino. Conſiderantes, quod in monaſteriis plures non ſunt ponende vel aſſumende perſone, quam quot in ipſis de eorundem redditibus poſſunt commode ſuſtentari, in veſtro itaque monaſterio predicto certum numerum videl. *usque viginti quatuor perſonas ſtatuendum duximus et ſtabilimus per preſentes inhibentes vobis ſub pena ſuſpenſionis in eccleſiam veſtram* et in vos trium dierum monitione premiſſa firmamus in his ſcriptis, ſi huic noſtre inhi-

inhibitioni presumseritis contraire, ut predicto personarum numero, cum ad ipsum perventum, nullum ultra istum numerum in vestro monasterio recipiatis, nisi per mortem unius de vestris prebenda aliqua vobis vacet. In cujus rei perpetuam firmitatem hoc presens scriptum vobis destinamus in ipso vestro monasterio sub penis predictis perpetue in predictorum memoriam obtinendum. Datum in Ameneburch Anno Domini MCCCXII. XIII. Kal. Octobris.

XVI.

Patres Franciscani Göttingenses aream cum domicilio sibi acquirunt Northuni 1313.

Nos Fratres minores domus Göttingensis tenore presencium recognoscimus et publice protestamur, quod nos de consensu et beneplacito reverendi ac strenui militis domini *Hildebrandi officialis venerabilis Patris ac domini Moguntinensis Archiepiscopi* quandam aream cum ejus domicilio in *villa Nortenen* pro marcis duabus minus uno lotone comparavimus hac de causa, quod fratres de via venientes ibidem quietem corporis habeant et commodum prout interesse et expediens fuerit, consequantur quam quidem aream pro claustro ibi construendo non intendimus ampliare, nec in aliqua parte prefate ville locum aliquem seu aream ad talem usum proponimus comparare adjicientes quoque premissis, quodsi in posterum pretexato domino Archiepiscopo scilicet, seu ejus offitiali pro tempore existenti emptio hujus — displiceret, renunciabimus emptioni predicte aree pecunia quam pro ipsa exposuimus et expensis et edificationis domicilii circiter duas marcas factis nobis integraliter restitutis. Datum Anno domini MCCCXIII. VII. Kal. Augusti.

XVII.

Geringus de Grone obligat se ad tres Fertones singulis annis persolvendis de decima in Altengrone 1313.

Nos Al. officialis prepositure Northunensis presentibus recognoscimus, quod Geringus de Grone dictus crispus, Mechtildis uxor sua legi-

legitima et eorum heredes se firmiter obligarunt, quod de decima in villa et campis Alten Grona dicta *Rottegede* honorabilibus viris D. Decano totique capitulo *ecclesie Heiligenst.* in die S. Martini tres fertones puri argenti precise annis singulis nomine pensionis expedient et persolvent. Sub sigillo prepositure Northunensis datum Göttingen anno domini millesimo trecentesimo decimo tertio in crastino beati Nicolai.

XVIII.

Helwicus et Albertus fratres de Bodenhausen medietatem advocatiae in Reinhausen oppignorant Brunoni de Bodenhausen 1313.

Nos *Helwicus et Albertus famuli fratres dicti de Bodenhusen* recognoscimus publice in his scriptis, quod de bona voluntate et consensu omnium heredum nostrorum, quorum consensus de infra scriptis fuerat requirendus. Brunoni de Bodenhusen suisque veris heredibus *medietatem advocacie in Reynehusen* eo jure, quo nostri predecessores hucusque eam possederunt, quo quinquaginta marcis puri argenti taliter obligavimus, quod infra quatuor annos eam nostris propriis denariis redimere possimus pro pecunia prenotata, sin autem non possemus, ex tunc quidquid sex vel quatuor amicorum nostrorum parte ex utraque nos jubent facere, hoc omni dilatione postposita faciemus, videlicet quod tunc justa emptio dicatur et nos coram domino nostro pheodi super eadem advocacia veram desistenciam faciemus, quod *en vertícht* vulgariter appellatur. Acta sunt hec Domino Helwico decano dicto de Bodenhus. Domino Henrico de Stafforde milite Detmaro et Hermanno de Stockhusen presentibus ad hoc vocatis in testimonium et rogatis. Nos vero *Hermannus dei gratia Abbas in Reynehusen* et Arnoldus de Rusleberch ad peticiones predictorum fratrum in testimonium omnium premissorum nostra sigilla apposuimus huic scripto. In hujus rei evidenciam Ego Helwicus prenominatus meo sigillo una cum sigillis Domini Abbatis de Reynehusen et Arnoldi de Rusleberch predictorum presens scriptum duxi firmiter communitum, quo ego Albertus prenominatus sigillo carens ad presencia sum contentus. Datum anno

Digitized by Google

anno domini MCCCXIII. feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur gaudete in domino semper.

XIX.

Hildebrandus, Bernardus &c. de Hardenberg curiam cum octo mansis et dimidio in villa Rosdorf vendunt ordini teutonico 1319.

Nos Hildebrandus miles, Bernhardus Frater noster, Johannes miles et Bernhardus fratres patrui nostri, nec non Henricus filius noster dicti de Hardenberg recognoscimus publice, quod in literis scriptis et ad omnium notitiam tam presentium quam futurorum cupimus pervenire, quod nos cum bono consensu omnium heredum nostrorum vendidimus *curiam nostram in villa dicta Rostorp* apud cymeterium sitam et octo mansos cum dimidio sitos in campo jam dicte ville *Rostorp* pro ducentis marcis argenti puri preter quinque marcas *fratribus de domo teutonica* justo proprietatis titulo quiete ac libere perpetuo possidendos cum singulis et omnibus juribus nec non pertinentiis in villa, campis, sylvis, graminibus pascuis, aquis viis et inviis ad predictos mansos ab antiquo pertinentibus et que ad ipsos de jure vel consuetudine pertinere poterunt in futurum, facientes una cum omnibus nostris heredibus, prehabitis emptoribus sufficientem juris warandiam de omnibus premissis, prout ordo juris postulat ac requirit. In quorum omnium premissorum evidens testimonium et certitudinem pleniorem sigilla nostra presentibus literis prefatis emptoribus per nos ex certa scientia duximus apponenda. Testes vero hujus sunt Johannes miles ac Arnoldus fratres de Roringen, Bertoldus de Roringen, Patruelis nostrorum, Bertoldus Ludolpheshusen, Conradus Horlemann Geringus Rufus ac Bruno fratres de Groyne Bertholdus de Sneyn et Henricus de Vermesten Gogravii, Gelderadus de Northunis, Henricus de June, Wernherus de Vredeland, Heneco quondam filius Richemi de June Johannes Bernhardi, Johannes Gotmann, Johannes Carpentarius, Johannes Klockgotere ac plures alii fide digni. Actum et datum Anno Domini 1319. in Crastino Epiphanie Domini.

L. S. L. S. L. S. L. S.

Digitized by Google

XX.

Patres Dominicani Göttingenses profitentur, nolle se aream habitationis suae Nordhemii dilatare 1319.

Universis presentes literas visuris Nos Frater W., Prior totusque conventus fratrum ordinis predicatorum in *Göttingen* cupimus esse notum, quod ad hoc nos obligamus, *quod aream, quam nunc inhabitamus et jam dudum inhabitavimus in Northeym non dilatabimus* nisi de honorabilium Virorum Consulum civitatis ejusdem, beneplacito et assensu. Non in hoc casu tantum sed et in aliis nobis possibilibus ipsorum intendimus obsequi voluntati. In cujus obligationis testimonium sigillum conventus nostri duximus presentibus apponendum. Datum Göttingen anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono in crastino beati Vincentii martiris.

XXI.

Indulgentiae datae sacello corporis christi Göttingae 1320.

Universis Christi Fidelibus presentes litteras inspecturis miseratione divina Nos Esgerus Ludens. Ruslanus neopaconen. Archiep. Guillielmus Ep. pathol. Andreas Ep. Civen. Petrus Ep. civitat. Lampredius Ep. traguriten. Egidius Ep. andrinopol. Zacharias Ep. Snatinen. Franciscus Ep. Gartanus. Guillielm. Ep. ad partes tartarorum, Andreas Ep. terracinen. Petrus Ep. narrien. saluten in Domino. Pia mater ecclesia de animarum salute &c. Cupientes igitur ut capella in Göttingen Moguntin. Dioecesis sita in loco, *in quo sacratissimum corpus domini nostri Jesu Christi inventum fuerat*, in honore ejusdem sacratissimi corporis domini nostri Jesu Christi constructa, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus jugiter veneretur, *omnibus vere penitentibus et confessis*, qui ad dictam capellam in festo ipsius domini nostri Jesu Christi, nec non in festivitatibus nativitatis domini nostri Jesu Christi, circumcisionis, Epiphanie, parasceves, Resurrectionis, ascensionis et Penthecostes, in omnibus et singulis festivitatibus beato glorioseque semper virginis Marie, omniumque

ac

Digitized by Google

ac singulorum apostolorum et evangelistarum, sanctorum Michaelis Archangeli, Johannis Evangeliste et Johannis baptiste, Laurentii, Martini et Nicolai ac Sanctarum Marie Magdalene, Katherine, Margarete, undecim milium Virginum, in commemoratione omnium sanctorum et in dedicatione ipsius capelle ac per octavas predictarum festivitatum octavas habentium ac per omnes dies dominicos adventus domini seu quadragesime accesserint et ibidem divinum officium seu verbum exhortationis in festivitatibus supra scriptis devote audierint causa devotionis, peregrinationis vel orationis accesserint, vel qui in extremis laborantes prefate capelle quidquam suarum legaverint facultatum, nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dicte capelle necessaria manus porrexerint adjutrices, seu qui infra divinum officium nomen domini nostri Jesu Christi et beate marie virginis ac ad elevationem sacre hostie infra missam seu missas genua cordis et corporis devote flexerint, de omnipotentis dei misericordia beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de injunctis penitenciis misericorditer in domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cujus rei testimonium litteram sigillorum nostrorum jussimus appensione muniri. Datum Avin. nono die mensis Aprilis Anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo pontificatus Domini Johannis Pape XXII. anno quarto.

XXII.

Quomodo Bruno de Bodenhausen jure advocatiae in Reinhausen uti debeat 1322.

Nos Hermannus dei gracia Abbas in Reynehausen totusque conventus ibidem recognoscimus per presentes, quod Bruno de Bodenhusen famulus et sui veri heredes in bonis nostre Ecclesie tali jure uti debent, quo eorum parentes ac progenitores in bonis dicte Ecclesie nostre suis temporibus utebantur. Si vero predictus Bruno vel sui heredes indebite bona nostra Ecclesie aggravarent, seu aliquo modo molestarent, Reynehusen in nostra Ecclesia cum Brunone vel suis heredibus infra octo dies convenire debemus et ibidem si possu-

possumus per nos super tali injuria facta in amicitia concordari. Si autem non possemus ex tunc dominus *Heyso de Uslar miles*, quem pro nostra Ecclesia elegimus et dominus *Johannes de Roringen miles*, quem dictus Bruno et sui heredes pro se elegerunt, infra mensem pro utroque nostro jure Reynehusen nos concorditer expedient in amicitia vel in jure; si vero predictus dominus Hayso, quem elegimus, decederet, alium ita bonum in locum suum substituere debemus infra mensem, cum fuerimus requisiti literis permutatis. Ad hec omnia premissa nos Hermannus Abbas predictus pro nobis et nostra Ecclesia circa dictum Brunonem et suos heredes data fide in presentibus obligamus. In hujus rei testimonium Sigilla nostra Abbatis et Ecclesie nostre predicte, nec non sigillum domini Heysonis predicti presentibus fecimus appensa. Et nos Heyso de Uslar miles ad peticiones predictorum dominorum pro testimonio sigillum nostrum apposuimus huic scripto, Hujus rei testes sunt domini Joh. plebanus nove civitatis Goddingen, Hermannus de lengede plebanus, Hermannus de Stockhusen famulus et alii quam plures fide digni. Datum anno domini MCCCXXII. infra octavam Epiphanie domini nostri.

XXIII.

Ludovicus et Conradus de Kindehusen renunciant quibusdam bonis domui teutonicae Gottingensi venditis 1323.

Nos *Ludewicus et Conradus fratres dicti de Kindehusen* omnibus visuris et audituris presentia cupimus fore notum, quod ad omnia bona sita in villa et campis *Rostorp* in aliqua sui parte non decimalia cum omnibus suis juribus et pertinentiis per Hildebrandum de Hardenberg militem vendita *fratribus de domo theutonica domus et curie in Ghotingen* consensum nostrum et voluntatem nostram benevolam adhibuimus et presentibus adhibemus, omni juri et actioni in dictis nobis bonis competenti renunciantes et desistentiam plenariam facientes, dantes hanc nostram literam nostris sigillis consignatam in testimonium super eo. Acta sunt hec anno domini MCCCXXIII. in die beati Petri ad vincula.

XXIV.

Digitized by Google

XXIV.

Ludovicus et Conradus de Kindehusen cedunt bona, quae Fridericus de Kindehusen ordini teutonico vendidit 1323.

Nos Ludewicus et Conradus fratres dicti de Kindehusen omnibus presentem paginam inspecturis cupimus fore notum, quod omnia bona sita in villa et in campo Rostorp, que *Fredericus de Kindehusen noster Fratruelis vendidit dominis et fratribus de domo teutonicorum in opido Götingen* cum una parva decima, ad hoc nostrum dedisse liberum consensum et volumus inviolabiliter observare. Ut autem hec rata et firma permaneant, sigillis nostris presentem cartulam fecimus communiri. Datum anno domini MCCCXXIII. Ad vincula beati Petri Apostoli.

XXV. *

Simon Comes de Dassel plebanis S. Joannis et S. Nicolai Gottingae assignat 30. *Marcas* 1325.

Nos Floreko presbyter Canonicus ecclesie in urbe Sancti Blasii in Brunswich Albertus Wlome Conradus Harteman et Bertoldus de Ludolveshusen famuli presentibus publice recognoscimus et testamur quod nobis presentibus et videntibus nobilis Vir Dominus *Zymon Comes de Dassele* et nobilis Domina Zophia ejus legitima conthoralis in signum et intuitu testamenti ipsius Domini Comitis quod condiderat de redditibus suis triginta marcarum per consules in *Alvelde* solvendis presentaverunt et dederunt prehabita deliberatione matura nec non sponte et liberaliter *Domino Bertoldo Sancti Johannis et Domino Ecberto Sancti Nycolai in Götingen ecclesiarum plebanis* nec non Magistro Ludolfo rectori scolarum ibidem tanquam manufidelibus sive testamentariis ipsius Domini Comitis in hac parte et ad manus Dominorum fratrum Kalendarum Götingen, nec non in Amelungsborne et in Lyppoldesberge monasteriorum Dominas patentes literas unam videlicet sub sigillis reverendi in Christo patris ac Domini nostri Domini Henrici Episcopi Hylden. et capituli ibidem, que sic incipit: Nos Henricus dei gratia Hyldesh. ecclesie Episcopus recognoscimus

per presentes quod cum pecunia in usus ecclesie nostre convertenda indigemus necessarie . . . et infra prout in eadem litera de verbo ad verbum continetur usque ad datam que sic dicit: datum anno Domini MCCCXVI. in die beati Luce evangeliste. Aliam vero literam sigillo prudentum Virorum Consulum in Alvelde sigillatam, que sic incipit: Nos pro tempore consules Alvelde recognoscimus presentibus literis sigillo civitatis nostre sigillatis, quod nos et quicunque pro tempore consules fuerint &c. prout in eadem litera de verbo ad verbum patet usque ad datam, que sic sonat: Datum anno Domini MCCCXVI. in die beati Bricii Episcopi. He due litere mentionem expressam de triginta marcarum redditibus seu pensionibus faciunt, ut in ipsis plenius continetur. In hujus nostre recognitionis et testimonii nostri evidentiam pleniorem nos Floreko et Albertus predicti nostra sigilla, quibus et nos Conradus et Bertoldus cum ipsis ad presens utimur carentes propriis, presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCXXV, in vigilia ascensionis ejusdem.

XXVI. *

Abbas Nordheimensis in possessione decimae novalium firmatur (circa annum 1327.)

Judices sacre Moguntine sedis delegati venerabilibus Viris H. de *Reinhusen* b. *de lapide Abbatibus* et G. de *Suein* salutem cum sincera dilectione, Cum questio inter dominum Abbatem Northeimensis ecclesie et Vicedominum de Rusteberg super decima novalium dicte ecclesie attinente coram Archiepiscopo ventilaretur, et eo usque processum esset, quod dictus abbas eandem decimam ecclesie sue attinere privilegii sui auctoritate munivisset, Archiepiscopus sententia queri jussit, cui eorum decima de qua lis vertebatur pocius adju(di)cari deberet. Cum autem super hac sententia dubitaretur *ad Sinodum Moguntinam* ab ea proclamatum est. Abbas vero hujus sententie executores apud nos V diebus expectavit, et cum non venissent in fine sinodi super hac causa sententiam postulavit, et sententiatum est quod si dictus Abbas privilegii sue ecclesie auctoritate predictam ab Archiepiscopo *Marcolfo* ecclesie sue decimam fore collatam posset pro-

probare, hujus decime possessione donec a parte adversa per justiciam evinceretur, gaudere deberet. Hujus itaque sententie executionem vobis committentes mandamus quatenus dictum Abbatem in dicte decime possessione, donec probetur contrarium tueri studeatis.

XXVII. *

Rogatur Archiep. Mogunt. ut sacellum S. Georgii Göttingae a matre S. Albani separet 1330.

Venerabili in Christo Patri ac Domino suo Domino Archiepiscopo Moguntino *Wernherus plebanus Ecclesie Sancti Albani juxta muros Götingen* reverentiam et obedientiam in omnibus tam benevolam quam paratam. Cum quondam illustris Princeps Dominus *Albertus dux Brunsvicensis patronus Ecclesie mee Capellam Sancti Georgii* cum curia eidem capelle adjacenti, que capella pertinebat ut filia ad meam Ecclesiam Sancti Albani *fratribus Kalendarum sedis Geysmariensis* cum scitu et consensu meo expresso donaverit ad exercendum divinum cultum inibi ampliorem iidemque fratres ipsi ecclesie mee congruum restaurum fecerint cum redditibus dimidie marce annue pensionis, paternitati vestre una cum dictis fratribus supplico per presentes quatenus eandem donationem approbare et *ipsam capellam filiam ab ecclesia mea matrice separare dignemini* propter Deum. Datum sub sigillo meo et honorabilis Viri *Domini officialis ecclesie Northun.* Quod nostrum sigillum nos officialis ad preces predicti plebani et fratrum Kalendarum presentibus duximus apponendum. Anno domini Millesio tricentesimo tricesimo in die Sancti Petri ad vincula.

XXVIII.

Heiso, Hermannus &c. de Mingerode Ecclesiae S. Marie et hospitali Osterodae vendunt sesqui fertonem annuum 1333.

Nos *Heiso, Hermannus, Henricus, Theodericus fratres de Minnigerode* ad omnium quorum interest cupimus notitiam pervenire et presentibus publice protestamur, quod unanimi consensu omnium heredum nostrorum ceterorumque omnium accedente voluntate, quorum consensus

consensus

ſenſus in hac parte juſte fuerat requirendus *eccleſie Sanćte Marie Virginis extra muros civitatis Oſterode et domus hoſpitalis prope eandem eccleſiam ſite* vendidimus juſto venditionis titulo redditus alteri dimidii fertonis, quos apud ipſas ſub annua penſione hactenus habuimus pro quinque marcis puri argenti nobis per Dominum Widekindum quondam ejusdem eccleſie plebanum totaliter expeditis absque omni inquietudine in perpetuum pacifice poſſidendos, quorum quidem reddituum unum fertonem eccleſia Sancte Marie predicta de uno manſo et dimidium fertonem devoti homines predictam hoſpitalis domum inhabitantes de dimidio manſo in monte qui dicitur Nordtberg ſitis nobis ſingulis annis dare et ſolvere conſueverunt. Nos igitur Heiſo, Hermannus Henricus et Theodoricus fratres predicti hujusmodi redditus ad manus inclitorum principum dominorum noſtrorum Henrici, Erneſti et Wilhelmi ducum in Brunſwic ad utilitatem et profectum eccleſie Sancte Marie et hoſpitalis predictorum liberaliter reſignantes abrenunciationem omnimodam totius juris et actionis que hactenus in prefatis redditibus habuimus cum omnibus heredibus faciendo volentes preterea eccleſie et hoſpitali predictis ſuper hujusmodi redditibus veram et juſtam Warandiam preſtare cum a nobis requiritur locis ac temporibus opportunis, promittentes nihilominus data fide omnia premiſſa et ſingula per nos et noſtros heredes inviolabiliter obſervari, in quorum evidens teſtimonium ſigillis noſtris roboravimus preſens ſcriptum. Teſtes hujus rei ſunt honorabiles Domini Dominus Helmicus in Katelnburg, Dominus Johannes in Oſterod eccleſiarum prepoſiti et Dominus Siffridus prepoſitus in Dorſtad et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini MCCCXXXIII. in Craſtino beati Thome apoſtoli.

XXIX. *

Plebanus Eccleſiae S. Albani Gottingae profitetur, ſe in nullo negotio Kalendariis ad S. Georgium velle obſiſtere 1339.

Ego Theod. Ruffi plebanus eccleſie Sancti Albani prope Gotingen preſentibus recognoſco, quod in nullo volo contravenire immo firmiter ratum et gratum volo tenere quidquid *Decanus fratrum Kalen-*

Digitized by Google

Kalendarum Capella Sancti Georgii prope Gotingen, qui pro tempore fuerit nomine et cum consilio ipsorum fratrum Kalendarum assidue fecerit et attemptaverit in ipsorum negotiis et agendis et specialiter in *presentatione personarum ad voces seu altaria in ipsa capella sua institutas et dotatas per pie memorie Dominum Symonem Comitem de Dasle et Dominam Sophiam* ejusdem legitimam Conthoralem. Datum sub meo sigillo Anno Domini MCCCXXXIX. in die beati vitalis.

XXX. *

Sanctimoniales in Osterode testantur se accepisse legatum Conradi Haken canonici Fritzlariensis (circa an. 1384).

Nos Greta Abbatissa totusque conventus sanctimonialium Sancte Marie Sanctique Jacobi in Osterode recognoscimus tenore presentium publice profitendo, quod honorabilis Vir Dominus *Conradus Dictus Hake Canonicus prebendatus Ecclesie Fritzlariensis* sanus corpore et mentis nomine testamenti nobis legavit et assignavit pensionem anuam unius marce puri argenti ponderis et valoris Göttingensis quos comparavit et emit apud Wedekindum Prossen opidanum in Göttingen pro duodecim marcis argenti puri Warandie memorate quos quidem redditus una cum pecunia predicta post obitum predicti domini nostri Haken Magister Bertramus Albertus Endeman presbyteri, Johannes Brandes et Giselerus filius quondam Johannis Giseleri opidani Göttingensis testamentarii et ultime voluntatis Executores ipsius nobis presentaverunt in hunc modum, ut si predicti redditus aliquo tempore reemi contigerit quod in continente valemus alios redditus cum predictis duodecim marcis comparemus et hoc toties quoties fuerit oportunum quibus solummodo utiinur in monasterio ab intra et non ab extra provisione omnium nostrorum ad peragendos dies aniversarios septimos et tricesimos dilecti domini nostri Conradi Haken, Hermanni Haken ipsius Patris et Jutten sue matris et *Reverendi Domini Johannis Episcopi Frisingensis* *) et omnium pro-

*) E gente Giseleria. Conf. Hist. Götting. lib. IV. cap. IV. p. 260.

progenitorum ſuorum ſingulis annis perpetuis et horis per eosdem teſtamentarios nobis aſſignatis ac certificatis ac in Kalendario noſtro ſcriptis de veſpere in vigiliis et de mane in miſſis deſunctorum prout apud nos moris et conſuetudinis eſt. Dicimusque in preſentibus et per preſentes dicimus et reddimus predictos teſtamentarios de dictis redditibus et pecunia predicta cum quibus redditibus predicti comparati et empti ſunt ut premittitur nobis per eosdem miniſtratos ac plenarie traditos quitos et ſolutos. In evidens teſtimonium omnium premiſſorum ſigillum noſtri conventus huic litere eſt a tergo affixum.

XXXI. *

Otto de Ruſteberg praeſentat officiali Northunenſi novum parochum pro Ecclesia in Balnhuſen 1386.

Honorabili Viro Domino officiali eccleſie Northunenſis Otto quondam Heyſonis de Ruſteberg famulus quidquid poterit ſervicii reverencie et honoris. Ad eccleſiam parochialem *in Ballenhuſen* de preſenti vacantem per liberam reſignationem Johannis Olden dicte eccleſie noviſſimi rectoris, cujus jus patronatus ad me et meos heredes de Ruſteberg dignoſcitur pertinere de conſenſu dictorum coheredum, diſcretum Virum Dominum Henricum Slegel presbyterum duxi vobis preſentandum rogans vos ſtudioſe, quatenus ipſum de eadem eccleſia dignemini inveſtire acceſſum altaris ac curam et regimen animarum dicte eccleſie ſibi committendo facientes eundem preſentatum in corporalem poſſeſſionem dicte eccleſie induci adhibitis circa hec ſollempnitatibus debitis et conſuetis. Datum Fredeland anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto ipſo die Sancti Theodori martiris.

Nos Arnoldus et Johannes de Ruſteberg fratres preſentibus conſentimus et ſigillis noſtris ſigillavimus. Datum dictis anno, loco, et die in magna litera expreſſatis.

Ego Fredericus de Ruſteberg famulus preſentibus conſentio et ſigillo meo ſigillavi. Datum loco anno et die ſuperius in magna litera expreſſatis.

XXXII.

Digitized by Google

XXXII. *

Graf Heise von Lutterberg schenkt den Kalandspriestern zu Seeburg verschiedene Güter 1388.

We Heiso von Goddis Gnaden Greve tho Lutterberghe, ichteswanne Greven Otten Sohn von Lutterberghe Seliger andacht bekennen betügen van uns und van unser Erven wegen in dussem breve, dat an sundenem Live und gudem rade hebben gegeven und geveth in düssem breve dorch God und van Seele gerede den Kalandtsbrödern des Stoels Seeborch de gelegen es in der Provesley to Nörthen und ohren Naekomlingen die noch in den Kalandt kommen tho einem ewigen Troste und dorch hopenisse willen des ewigen levends unsir und alle unser eldern und alle unser Vründe Seele willen und alle lovinge Sele willen düsse nabeschribene Gulde und Goude, alse we dat wente an dusse tyd in nut und in weren gehat hebben, by nomen jarlicker Gulde to Evergossen, einen halven Verding Geldes von eyner Hoube Landes, de to düsser tydt Werneke Hinricks hefft, eine halfe Verding van einem Hoffe bei der Kerckstrate den de tegetmeiger hebben, ein Lot, dre Hönre un ein Schock Eigre van einem Hoffe, den hebben gedelet, Brendeke Greten Wente Hans und Godeke Schmet und Hans Janes twene Schillinge ein Hon un ein Stige Eigre von einem Hofe, den uns Hans Lennenau afgemedet hefft. Den hoff mit der Gulde hebben wei öhn gegeven un den Hoff met der Gulde, den uns Andreas affgemedet hatte, un einen Hoff mit der Gulde, den uns Godeke Schmed affgemedet hatte, twee Schilling, drey Hönre und ein Schock Eigre den Wedekint Hacke hefft, und to Radelaveshusen ein half Moller Wetes, ein half Loth, anderthalf Hoen, und ein half Schock Eigere van einer Haube Landes tho radelefshusen und von einem Hoffe, den Wedekint Nortmanns, Herman Mugge, Wernigke Henricks, Henrick Rixen, Henrick Holthusen, Hermann Schotteler un Hermann Heissen und Wedekint Hacke hebben, unde datt vorgenannte Seelengerethe schall wesen nach unser begehringe also datt dei vorgenannten Kalandtsherren un ohre Nachkomlinge, de tho der tydt sindt, schollen ewiglichen alle Jahr des negisten Mitwekens

 nach

nach der Meintweken kommen tho einer Mile Weges nach Middage odder bye der tydt in die Kerken *tho Berenshusen* un holden do vigilien und des negesten Donnerstages darna Seelemissen tho einer ewigen Jahrtydt un brengen daer ore lichte *de to dem Kalande horet*, und ohre Siden Stucke tho der vigilien un tho der Seelmissen unde thon dar eine begengnüsse gelicker wise als ef dar eyn licke yeyenwertich wehre. düsse vorgenannte Gülde schall de Cammerer des Calandts, oder wehme die Calandtsherren das bevhelet, upnehmen und geven dei helffte tho presentien den Calandtsherren vorgenent, de dar kommen und sindt tho der vigilien, und dei andern helffte tho der misse und sie schollen alle Seelmisse holden, weleker dat nichten deit, denen schollen die presentien tho den Seelmissen nicht vallen, un bie nahmen schollen sie der missen drey singen also stadlicken eff die sanck do nit gelecht were. tho den dreyen missen schollen sie oppfern un elle wege tho der ersten missen, dei sie dar singen, schal man ehr oppenbahr dargedencken der dan we dar die begengniss to troste und tho gnaden gemacket hebben, bie nahe unses Vader Greven Otten von Lutterberghe, vor Frouwen Jutte unser Moder, Greven Otten unses Broders, vor Frouwen Ilsen *unser* *) Eylicke Werdinne und öhrer Kinder, und alle unses Geschlechts de von hinnen vorfaren sindt un unser, un froowen Adelheite von hardenberghe user Süster, wann we vorscheiden sindt. Ock so sall men gedencken Herrn Curdes und Herrn Lodwiges von Rostorp, Herrn Bertolt von Adeleffessen un ver Frouwen Lucken von Hardenberg seiner Dochter un Herrn Henrichs von Hardenberge. Unde we hebbet de vorgenennten Calandsherren gesat und setten se in de vorgenandten Gülde, unde dat Guth, unde in de wehre mit düssem breve und hebben das vorticht gedan van uns und unser erven weghen, und hebben öhr dat geandwordt mit richte und mit rechte, also dat se dat ewiglichen behalten schullen, unde se en schullen des nicht versetten, vorkopen odder verlihen neine wise von dem Kalande bringen: wenne dat schall ewiglichen to dem vorgenannten begengniss bliven. Ocken schullen sie düsse erge-

*) Muss heissen: äner.

ergenannten jartidt nit recken vor en denſt in deme Calande wenne ſe ſchollen boven dat begencknis oren Kalandt tho vier tiden in dem jare holden, alſe ſeck dat gehoret. To einem Urkunde düſſer vorgeſchrevenen Stücke hebben wei ergenente heiſe Greve tho Lutterberge unſe Ingeſegill an düſſen brieff veſtiglich gehangen laten vor uns unſe Eiben und hebben des ock to einem tüchnis gebeden den ſtrengen Mann Herrn Henrick von Hardenbergk Ritter, Herrn Henricks Sone von Hardenberg zeliger Andacht, dat de ſin ingeſegell an düſſen briff gehangen hefft. Des eck Henrick von Hardenberg Ritter vorgenandt bekenne in duſſem Breſe, de gegeven iſt na Goddes Geborth unſers Herrn drittenhundert Jahr, in dem acht und achtigſten Jahre des negiſten Donnerſtages nach Sente Marien Magdalenen Tage.

XXXIII. *

Hermannus Decanus Erfordienſis ad B. M. V. plures tum Clericos tum laicos excommunicatos prope Göttingam denuntiari jubet 1390.

Hermannus Decanus ecclesie Sancte Marie Erffordenſis Moguntine Dyoceſis judex unicus ſubſcriptus ſub forma ea, que de a ſede apoſtolica deputatus diſcretis Viris plebanis in Geysmar, in Wenden in Sneyn, in Kerſtlingerode in Northeim et in Norten ceterisque plebanis, viceplebanis et divinorum rectoribus quibuscunque ac Clericis et Notariis publicis per civitatem et dyoceſin moguntinam ubilibet conſtitutis ſalutem in domino et mandatis noſtris ymo verius apoſtolicis firmiter obedire. Quia Johannes Moringen, Rudolffus de Markeſteyn, Hermannus Wernherus Roden, Johannes Lange plebanus Sancti Jacobi in Göttingen Henricus Clapſchone plebanus Sancti Albani extra muros Gottinge Johannes de Wakenen Senior prepoſitus in Lippoldisberge, Albertus Blendegans, Johannes Lonſen et Arnolffus oms Fr. Thylo Wygandus Deynhardus Judex Henricus Scar, Johannes Gladebeche Henricus Unteweg. Hermannus Wynemas, Dominus Nycolaus Cappellanus ecclesie Sancti Jacobi Jan filius ſcriptoris Dominorum Theutonicorum Bertoldus Deympſin Hermannus de Grenoſchen, Hermannus an deme ende,

Thylo de Grone Syboldus et Johannes Siokelenff relicta quondam Johannis Brandis, Conradus Hofeman, Heinricus Fischer,, Johannes Nydeken Heinricus Willin, Heinricus de ellingehusen Egkehardus Soneke Albertus Reden plebanus in Aldengrona relicta *) quondam Bertoldi von deme rade Thylo Medeheym, Paulus de Biakele Tylo Bullinhusen Godeschalkus de Grone plebanus in burggrona Johannes et Arnoldus de Roringen armigeri Heinricus Segebanden, Johannes Goltsmed Dominus Gibertus Endeman, Henricus Hanne Tylo Hentzen Henricus Wyndeln et Hildebrandus Dye Wedellon dudum excommunicati a nobis pro contumacia et pro eo presertim quod articulis et positionibus honorabilium dominorum decani et capituli Heiligenstadiensis sufficiencius et clarius respondere recusarunt et recusant juxta mentem nostre sententie interlocutorie ut in tantum contra eosdem reos et quemlibet eorundem per sententias aggravationum processerimus sua exigente contumacia quod singulis diebus dominicis eosdem reos accensis candelis et pulsatis campanis et cum omnibus eisdem temere participantibus publice mandaverimus denunciari excommunicatos, ac in tantum contra ipsos processerimus quod in eorum et cujuslibet eorum presencia et post ipsorum aliunde accessum per tres dies cessari mandaverimus penitus ab officiis divinorum, quas quidem excommunicationis sententias dicti rei **) miserabiliter sustinent indurati in animarum suarum salutis dispendium et scandalum plurimorum. Quare rigidius duximus contra eos procedendum justitia exigente et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et excommunicationis pena trium tamen dierum et canonica monitione premissa, quum et prout fueritis requisiti seu requisitus accedatis ubi et quo propterea fuerit accedendum et prefatos reos excommunicatos singulis diebus dominicis et festivis juxta modum premissorum publice denuncietis cessetisque et cessari faciatis in terminis vestrarum parochiarum ubi et quam diu dicti rei seu aliquis eorum visi fuerint, moram traxerint, larem aut domicilium habuerint et post eorum et cujuslibet eorundem aliunde accessum per sex dies penitus cessetis et cessari faciatis ab officiis divinorum

*) Forte legitima. **) Forte hactenus.

Digitized by Google

norum tam diu, donec aliud a nobis desuper receperitis in mandatis. cum litteris. in signum executionis sub pena premissa datum anno Domini MCCCXC. Kalendis Marcii.

XXXIV.

Facultas data Decano Eimbeccensi absolvendi Ottonem ducem Brunsvicensem et ejus complices ab excommunicatione 1392.

Conradus dei gratia Sancte Moguntine sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius honorabili Ludolfo decano ecclesie Einbecensis nostre dyoces. fideli et devoto nostro dilecto salutem in domino sempiternam. Pro parte illustris Principis Domini *Ottonis Ducis de Brunswick* nobis extitit propositum, quod cum ipse et sui de *ecclesia parochiali ville Kyrchgandera* dicte nostre dyoc. per suos inimicos diffidatos balistis, pixidibus et aliis armorum instrumentis ibidem repositis et repertis molestatus fuisset et pregravatus, ex quo idem Dominus Otto ad iracundiam concitatus premissa animo patienti sufferre non valens turrim seu campanile ejusdem parochialis ecclesie licet minus rationabiliter per suos destrui fecit funditus et everti quodque pro tunc bona quam plurima in eisdem turri et ecclesia recondita et pro majori securitate deposita per suos subditos et complices ablata sunt pariter et destructa, propter quod idem Dominus Otto et sui in hac parte subditi et consortes excommunicationis sententiam a canone contra effractores et destructores ecclesiarum generaliter promulgatam dinoscuntur incurrisse. Quare nobis etiam fuit humiliter supplicatum, quatenus ipsos ab excommunicationis sententiis hujusmodi absolvere dignaremur. Nos igitur dicte supplicationi annuentes de tua circumspectione confidentes tibi committimus in hac parte vices nostras mandantes quatenus te super premissis diligenter informes super quo et tuam oneramus conscientiam et si inveneris quod per declarationem seu denunciationem dicti Domini Ottonis et suorum subditorum ac complicum in premissis non sit nobis absolvendi adempta potestas, ipsum omnesque in hac parte subditos et complices in forma ecclesie consueta a presata excommunicationis sententiis autoritate nostra absolvas introitu

Digitized by Google

introitu ecclesiae eis restituto poenitentiam salutarem et alia que de jure fuerint injungenda eisdem et cuilibet ipsorum pro modo culpe diligenter considerato injungas mandando nihilominus eidem Domino Ottoni et cuilibet aliorum ut injuria et dampnum prefate parochiali ecclesie propter premissa illatum nec non bona ab eadem ecclesia deportata et distracta infra terminum sibi per te prefigendum prout discretioni tue expedire videbitur emendentur compensentur et restituantur. Alioquin in eandem excommunicationis sententiam relabantur ipso facto. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum tzo dem Steyne feria tertia post diem palmarum anno Domini MCCC. nonagesimo secundo.

XXXV.

Die von Oldershausen schenken eine Hufe Landes und einen Hof an die Kapelle bei der Johanneskirche vor Osterode 1397.

We Herr *Hans von Oldershausen Ritter*, *Herr Berthold von Oldershausen Marschalck Ritter*, *Hermann Ludolff und Herman Knapen Brodere alle geheten van Oldershusen* bekennen in dussen openen breve von unser und unser Erven wegen, vor alle denen de dussen breiff sehen edder horen lesen, dat we alle mit Wetenschop, Vulbort unde guden Willen hebben gegeven und gevet lutterlicken umb Goddes Willen und *unsers Herrn sunte Bartholomaeus* eine Hove Landes unde einen Setelhoff mit aller tobehoringe und recht belegen sin to *Voerste* vries dennste und aller Plicht, de Hans Düvel van ös to lehne hadde gehat, deme Gott Gnade *to der Capellen bi dem Kerckhoffe to sunte Johanse vor Osterode* dat dar hat dat Beinhufs alsus dane wis, dat de Prester Herr Johann Howenschild und we na ome komt, *deme de Capelle befohlen werd von dem Rade to Osterode* vor alle der von Oldershusen seele bidden schall mit alle sine bede und guden Wercken, se sin an dem levende edder an dem dode mit Missen unde Vigilien ewiglicken unde we vorbenante von Oldershausen und unsere Erven schollen und willen dem Herrn, deme die Capelle befohlen is, oder sinen meier der hoven und hoves mit aller tobehoringe Herre und were wesen ewiglicken dar

der to blivende wor und wanne ohne des Noth deit und ohne dat helpen vordedingen und vorschütten lick unsern eigen anderm gude, alse we immer konnen und mogen dat we dit alle vorbenante von Oldershausen stede und vaste holden willen, to ohrkunde hebbe we unsere Ingesegele an dussen breeff laten hangen, unde is geschen na Goddes Bort unsers Herrn drittein hundert Jahr in dem seven und negentigsten Jahre an unser leven Fruwen Tage Lechtmessen.

XXXVI.

Der Rath zu Osterode bezahlt acht Gulden, die zu dem Altar der heil. Katharine gehören 1403.

We de Rad der Stadt Osterode nige und olden bekennen in düssen openen breve vor uns und unse nakomen dat we rechtes kopes vorkofft hebben sevede halff punt und vyff Schillinge jerliker Rente osterodessche weringe to eyner ewighen memorien Tylen Gruben Borger to Embecke vor hundert gude werighe Rinsche Gulden de uns van deme genanten Tilen Gruben an eyner summen wol to dancke handeleget und vord in sunser Stadt gemeyne nuth und fromen ghensliken gekard und angelecht syn sunderlicken hebben wy se gegeven mit anderem Gelde in betalinge und affrokoypende achte gulden jarrente *horende to deme altare Sante Katharinen in unser leven fruwen kercken vor unser Stadt Osterrode* und sodann sevedehalff punt und vyff schillinge jarrente Schullen wy und willen nach begheringe Tilen Gruben alle jar unvortochliken uthgeven to achte tyden in deme jare nemliken to yowelker tyd seventeyn Schillinge in solker wyse dat me na der quatertempe Lucie Wanner veir wekene umme komen syn schal und wil de ersten seventeyn Schillinge handelagen und geven ane vortoch *deme vicario des altaris sancti Andree in der Marketkercken to Osterrode* we de to tyden is unde de sulve Vicarius schal mit fulborde und wettende des parners to dem Markede to on beyden vorboden laten den parner to sunte Johanse und dar to sesse andere frome prestere und bisundern de yenne de de leyne edder to officierende hebben in den vorberorden Kerken so dar orer to hope neghēne schullen syn to der memorien

 und

und dar to beyde opperſcholere beyder kerken. Duſſe ſchullen vigilie holden des avendes mit andacht und vorſtentliken unde des morgens miſſe und dechtniſſe dar inne doyn Tilen Gruben, Tilen Lentfordes und ores geſchlechtes und aller gelovigen zelen und der jennen dar vor me des is begherende und de ock ore hir mede to gelecht hebben. und duſſer ſulven preſter ſchullen to yowelker memorien — twene to deme parnere to ſunte Johanſe dar ſulves miſſe holden umme den willen dat ſe gemeynliken dar ſulveſt ore grafft hebben und wanne de miſſe ute ſyn ſo ſchullen beyde parnere commendacien don mit hulpe der preſtere und de moghen ſe leſen vor deme altare unde darna ſchal denne de procurator preſentien geven tom erſten ſchal he geven deme parnere to ſunte Johanſe eynen Schilling, deme pernere to dem markede eynen Schillingk ſick ſulves eynen Schillingk und den andern ſes preſteren yowelkeme neghen pennige, deme opperſcholere to ſunte Johanſe vyff pennige dem opperſcholere to dem Markede achte pennige unde de ſulve ſchal na hetende des procuratoris und des parners to deme Markede de preſtere to den memorien vorboden und ſchal de lechte des Kalandes to den memorien alle tyd avent und morgen upſetten und entfengen und dar vor ſchal de procnrator to yowelker memorien der Kalenden eynen Schillingk geven vorder ſchal he geven deme Borgermeſtere neghen pennige, deme kemmerere neghen pennige unde den andern theynen ores Rades perſonen yowelkeme veir pennige des Rades Knechte yo to dem male tweyne pennige dar voir ſchal he nach hetende des Borgermeſters unde des Kemmerers den ſittende Rad to opperende vorboden ſo bliven dar noch neghen unde twintich pennige, der ſchal de Kemmerer ſenden eynen Schillingk in dat Sekenhuſs den armen Luden unde vor de anderen ſeventeyn pennige ſchal de procurator yo to dem male kopen wit brod und ſchal dat den ad menſam monialium in Oſterrode. Weret ock dat de preſtere welke to duſſer memorien nicht enqueme und ſyne divina nicht enhelde edder ock welcke perſonen des Rades ſick abſenterede und nicht perſoneliken opperden, de abſentien boven dat opper ſcholde de procurator divideren in dre deyl und den eynen deyl mede ſenden ad menſam monialium den andern deyl diſtribueren

bueren ad manus pauperum und den dritten deyl ſick ſulves beholden. Id en were denne dat des Rades perſonen welk in des Rades werve weren deme ſcholde me ſyne preſentien gutliken geven und de correctien ſchullen beyde preſtere und Rad van deme procuratori ane inſaghe lyden. vorder ſchullen der procurator und beyde parnere to allen tyden wan de vigilia ute is determineren van der neggeſten memorien tokomende over veir wekene rauweliken to holdende ſunder vorhinderent anderer memorien de on in beyden Kerken vallen mochten ſo dat in yowelkeme ferndele jars mit der memorien Tilen Lentfordes zeliger dechtniſſen dre memorien compleveret werden. Wy hebben ock macht beholden in duſſem koype uns und unſen Nakomen dat wy alle jar wen uns das geluſtet ſodann vorbenante ſevedehalff punt vyff Schillinge jarrente mit hundert guden werigen Rynſchen Gulden moghen affkopen und ſchullen dat Tilen Gruben und deme obgenanten procuratori den parneren to dem Markede und ſunte Johanſe eyn ferndel to vorne vorkundigen und ſchullen und willen denne ock nach allen unſerm vormoghe flitigen dar to helpen dat wedder to beleggende uppe rente an wiſſe ſtede dat duſſe memorien in weſende blive und der nicht vorghangh an werde. To Wiſſenheit und Tuchniſſe duſſer vorgeſchrevenen dingen hebben wy unſer Stadt grote ingeſegel an duſſen breff laten hangen. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo tertio octava Epiphanie domini.

XXXVII. *

Joannes de Gandra presbyter in Eccleſiam parochialem in Balnhuſen, juſſu officialis Northunenſis inducitur 1423.

Officialis eccleſie Northunenſis plebanis in Stoghuſen et in majori Sneyn ceteriſque ſalutem in domino. Cum *) diſcretus vir Dominus Johannes de Gandra presbyter ad eccleſiam parochialem ſancti Johannis in Balnhuſen vacantem ex obitu diſcreti Viri Domini Henrici

*) Lectio dubia et difficilis.

rici de Balnhusen novissimi rectoris ejusdem ecclesie per strenuum Virum *Arnoldum de Rusteberg* armigerum, ad quem jus patronatus ejusdem ecclesie pertinere dinoscitur, est presentatus factaque legitima proclamatione in eadem et in termino contradictionis deputato nullus comparuit oppositor seu contradictor unde ipsum Dominum Johannem in eandem ecclesiam instituimus et investimus de eadem regimen et accessum ejusdem ecclesie sibi committentes mandantes vobis quatenus dictum Dominum Johannem in corporalem possessionem in dicta ecclesia inducatis et faciatis sibi de fructibus obventionibus, juribus et proventibus legitime responderi. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio XIII. Kal. Martii.

XXXVIII. *

Conradus Archiep. Mogunt. abrogat consuetudinem, vi cujus advocati et officiales Castri Gebeldehusen bona parochorum defunctorum in sede Seeburg sibi usurpabant 1424.

